

EPIGRAMMATA

THOMAE MORI PLERAQUE
E GRAECIS VERSA.

BEATVS RHENANVS BILIBALDO PIRCHEIMERO, MAXIMILIANI CAESARIS A CONCILIO, ET SENATORI NV- RENBERGENSI S. D.

Belle prorsus conuenire mihi vi-
sum fuit, clarissime Bilibalde, si
Thome Mori illius Britannie de-
coris Epigrammata, quæ nuper
Erasmus noster Roterodamus ad
me misit, tibi nominatum inscriberet: Siquidem
multis, adeo reb' similes inter vos estis. Vterq;
iuris peritus, vterq; cū Romana tū Græca do-
ētus, Vterq; nō in publicis modo sūe ciuitatis
functionib' versans, sed & ob singularē nego-
ciorū explicandorū dexteritatē, & in dādis cō-
silijs prudentiā, suo quisq; principi charissimus
ille potentissimo Británorū regi Henrico, tu
sacratiſſimo Cæſari Maximiliano. Nā quid de
fortunis attinet cōmemorare, quas vtriq; pos-
seditis amplissimas, vt vel hoc quicquid est or-
namenti, quod ex diuitijs accedere putatur,
neutri desit, quin potius zēdēdis virtutū, maxi-
mē liberalitatē, exēplis abunde supersit mate-
ria. Sed & vtriq; pater obtigit nō minus literis,
quā senatoria familia clarus. Itaq; cū amicitiæ
similitudo sit autor & æqualitas, hāc Mori fœ-
turā tibi nuncupare cogruētissimū duxi vt quē
multis alioqui nominibus amore prosequeris
de his etiā Epigrāmatis impensius cōplectaris,
ames, magnificias, Huc adde, quod nemini re-
ctius mitti poterat hi lepidissimi lufus, quā ei,
qui in hac quod aiunt, harenā aliquādo sit des-
cēdere solitus. Nā is demū nouerit, quā sit egrē-
gia res doctū epigrāma, quisquis ipse fuerit, suū
nonnūquā ingeniu in hoc exercitatione gene-
re pericitatus. Sed enim, id quod te non latet,
argutiā habeat epigrāma cū breuitate coniunctā,
sit festiū, & acclamatiunculis, quæ ē τι-
φωνίατα Græci vocāt, subinde claudatur.
Quas sanè dotes omneis cumulatissime licet
in his Moricis Epigrāmatibus reperire, præ-
fertim in his quæ ipse genuit. nā in cæteris, quæ
ē Græcis verba sunt, inuentionis laus priscis tri-
buitur. Quāquā hic quoq; nō minus magni fi-
eri meretur cōmode reddens ex aliena lingua,
quā scribēs, labor certevertētis sāpē maior. Si-
quidē qui scribit, liber est, & inuentioni libere

vacat at qui transfert, ad aliud subinde respi-
cere cogitur, nimirū ad id quod vertendū de-
sumpfit, quodquoties fit, multo plus sudat in-
geniū quā cū fluū aliiquid p̄gignit. Vtrobīq; sa-
ne mirus est Thomas Morus. nā elegantissime
cōponit, & felicissime vertit. Quā fluū suauiter
huius carmina? Quā est hic nihil coactū?
Quā sunt oīa facilia, nihil durū est nihil scabru
nihil tenebricosum, Cádidus est, argutus, Latini-
nus. Porro gratissima quadā festiuitate sic oīa
téperat, vt nihil vñquā viderim lepidius. Credi-
derim ego Musas quicquid vñquā est iocorum
leporis, faliū, in hunc contulisse. Quā lufit ele-
ganter ad Sabinum alienos pro suis tollentem
liberos? Quā salse Lalū ridet, qui videri Gal-
lus tam ambitiose cupiebat? Sunt autem huius
sales nequaquam mordaces, sed candidi, melliti,
blandi, & quiduis potius quā amarulenti, lo-
catur enim, sed vbiq; citra dentem, ridet, sed
citra contumeliā. Proinde quēadmodū Sy-
rus Therentianus Demeam belle prædicans,
Tu quantus quantus, inquit, nil nisi sapientia
es, ita de Moro dicere licebit. Quantus quātus
est, nil nisi ioc' est. Iā inter epigrāmatographos
Pontanum & Marullum in primis hodie mi-
ratur Italia. at despream, si non tantundem
in hoc naturæ, vtilitatis vero plus, nisi si quis
inde magnopere se crepit iuuari, dum suā Ne-
āeram celebrat Marullus, & in multis ἀνί-
τηται, Heraclitum quēndam agens, aut dum
Io. Pontanus veterum nobis epigrammatistarū
nequitias refert, quibus nihil sit frigidius,
& boni viri lectione magis indignum, ne dicam
Christiani. Scilicet vñq; adeo vetustatem
istis æmulari, cordi fuit, quam ne contaminaret.
sic à sacrī abstinuerunt, vt à Græcis oīam
Pomponius Lætus, ne Romanæ linguæ casti-
moniam violaret, homo superstitione Romani-
nus. Cæterum quemadmodum hi lufus Mori
ingenium ostendunt & insignem eruditio-
ne, sic iudicium nimirū aere, quod de rebus ha-
bet, ex utopia cumulatissime eluxerit. De qua
paucis obiter meminero, quōd hanc acuratissimus

stimus in literis Budaeus, incomparabilis ille melioris eruditionis antistes, & ingens, atque adeo vnicum Galliarum decus, ita ut decebat, luculenta præfatione laudauit. Habet ea hoc genus decreta: qualia nec apud Platonem, nec apud Aristotelem, aut etiam Iustiniani vestri Pandectaras sit reperire. Et docet minus fotsan philosophicè, quam illi, sed magis Christianè. Quanquā (audi per Musas bellam historiam) cum hic nuper in quodam grauium aliquot virorum confessu, Vtopiæ mentio orta fuisset, & illam ego laudibus vehem, negabat quidam pinguis plus habendum Moro gratiæ, quam actuario cuspiam scriba, qui in curia aliorum sententias duntaxat enotet, doriophoremati ritu (quod aiunt) interim absiden-
do, nihil ipse cœsens, quod dicere omnia ea ex Hythlodæi ore excepta, & à Moro tantum in literas missa. Proinde Morum nullo laudandum alioqui nomine, nisi quod hæc cōmode retulisset. Et non deerant, qui hominis iudicio velut rectissime sentiētis album adiicerent calulum. ἀρε οὐ σὺ τοῦτον τοῦ Μωρού χα-

κριεντίσμορ δέχε, τοιούτους ἄνδρες οὐ τοὺς τυχόντας, ἀλλὰ τοὺς δοκίμους παρὰ τοῖς τωλοῖς, καὶ ταῦτα θεολόγες, πλανήσκυ-
ται. Postremò si hoc quo que scire cupis, Guil. Lilius Mori sodalis, cum quo vertendis Græcis epigrammatibus iam olim collusit, que Progymnasmata titulo sunt inscripta, Britan-
nus est, vir omnifariā doctus, non modo Græ-
cos autores, sed & eius nationis mores verna-
culos domesticè notos habens, ut qui in insu-
la Rhodo fuerit aliquot annos commoratus.
is nunc ludū literariū, quem Londini Coletus
instituit, magha cum laude exercet. Quod su-
pereft, cum tibi per occupationes licebit, qui-
bus in obeundis legationibus administrādāq;
Republica laboriosissime distraheris, hoc li-
belli in manum cape, lege. & Moro, cuius os,
vtputo nondum vidisti, sed ex scriptis iam

pridem cognitum habes, faue. Bene

vale clarissime vir. Basileæ,

vii. Calen. Martias.

Anno M. D.

xviii.



PROGYNAS-

MATA THOMAE MORI, ET
GVIELMI LILII SO-
DALIVM.

ΛΟΥΚΙΑΛΙΟΥ.



Υψ ἀσκηπιάδεις ὁ φιλάργυ-
ρος ἐμέρη ἐρ δίκω,
καὶ τί ποιεῖς, φιστιμ, φιλτα-
τε μῆ παρέμοι;

διὸ δὲ μῆς γελάσας, μηδὲ φίλε, φιστι-
μοβινῆς,

δυχιτροφῆς παρὰ σοὶ χειζομεν ἀλλὰ μονῆς.

T. MORI IN AVARVM.

Murem Asclepiades vt apud se vidit auarus,

Mus quid in aile facis, dixit, amice mea?

Mus blande arridens, tolle, inquit, amice timorem,

Hic ego non victum quero, sed hospitium.

G. LILII.

Murem Asclepiades in tecto vidit auarus,

Et quid apud me δὲ mus, inquit, amice facis?

Mus fidens, inquit, nihil δὲ verearis amice,

Non als te victum, sed mibi quero domum.

ΠΑΛΛΑΔΑ.

Πλούτου μὲν πλετοῦντος ἔχεις, Φυχὴ δὲ

πένητος.

Ὥρης κληρονόμοις πλούσιες, σοιδὲ τέλης.

G. LILII IN AVARVM.

Dimitias locupletis habes, animam sed egenis.

Heredi δὲ diues, sed tibi solus egens.

T. MORI.

Dimitias locupletis habes, inopis tibi mens est.

O miser heredi diues, inopis tibi.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ.

Αγρὸς ἀχαιμενίδου γενόμην ποτὲ, νῦν δὲ μῆς
νιπτων,

καὶ πάλιν ἐξέτερου, θέσθομεν ἐτερομ.

καὶ γαρ ἐκένος ἔχει μὲ ποτ’ φέτο. καὶ πά-
λιν δύτος

διετοιλει μὲ δὲ σλες οὐδὲνός, ἀλλὰ τύχης.

G. LILII, DE POSSES-

sionibus incertis.

Nuper Achemenide, sed nunc sumus arua Menippī,

Et nunc hunc rursus, nunc aliū petimus.

Ille etenim nuper, nunc & nos alter habere

Se putat, at nobis nil nisi casus ineft.

T. MORI.

Nuper Achemenide fueram, nunc ecce Menippī.

D Ad

THOMÆ MORI ET GVIL.

Adq; alium rursus deueniam ex alio.
Me proprium nunc iste putat, proprium ille putabat.
Ait ego nullus sum, nisi fortis ager.

Α ΔΗΛΟΝ.

Σώματα τολλά τρέφει, καὶ σώματα πολ-
λὰ ἀνεγέρει,
στρατῶσις πενίης εἰς ἔτοιμοτάτη.

T. MORI DE
luxu immodico.

Multas edificare domos, & pascere multos,
Est ad pauperiem semita recta quidem.

G. LILII.

Corpora multa alere, & complures ponere sedes,
Ipse est ad summam semita pauperiem.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ.

Ως τεθυξόμενος, τῷ μὲν σῶμα ἀγαθῷ πόλακε,
ως δὲ βιωσόμενος, φειδεῖσθαι πῶμα κτεάνει,
Εσὶ δὲ ἀνὴρ σοφὸς οὗτος, οὐδὲ ἄμφω ταῦτα
νοίκει,

Φειδοῖ, καὶ μαπάνη μέτροι ἐφιημόσετο.

G. LILII DE MO-
derato sumptu.

Divitijs utare tuis, tanquam moriturus.

Tanquam victurus, parcito dinitijs.

Vir sapiens est ille quidem, qui hac ambo voluntans
Parcit, quicquid modum sumptibus applicuit.

T. MORI.

Tanquam iam moriturus partis utere rebus.

Tanquam victurus denovo parce tuis.

Ille sapit, qui per pensis hijs rite duobus,
Parcus erit certo munificusq; modo.

Α ΔΗΛΟΝ.

Ελπίς καὶ σὺ τύχη, μέγα χαιρεῖς. τῷ μὲν
χρονῷ,
οὐδὲν ἔμοι, χρυσῷ. παῖς εἶτε τοὺς μετ' ἔμε.

T. MORI DE CON-
temptu fortunæ.

Iam portum inueni, Spes & Fortuna valete.

Nil mihi vobiscum est. ludite nunc alios.

G. LILII.

Inueni portum, Spes & Fortuna valete.

Nil mihi vobiscum. ludite nunc alios.

ΠΑΛΛΑΔΑ.

Γῆς ἐπίβητο γυμνὸς, γυμνὸς δὲ ὑπὸ γαῖαρ
ἀσείμι;

καὶ τιμάτην μοχθῶ, γυμνὸν ὄρῶμ τέλος;

G. LILII DE MORTE.

Ingreder nudus terram, egreditor quoq; nudus,
Quid frustra fludeo, funera nuda videns?

T. MORI.

Nudus ut in terram veni, sic nudus abibo.

Quid frustra fudo, funera nuda videns?

Α ΔΗΛΟΝ.

Οὐν, καὶ τὰ λοετρὰ, καὶ ἡ περὶ κύπειρ
ἔρωτος.

ἔχυτερον πέμπει τῷ μὲν δόμῳ οὐσίαν.

T. MORI DE LVXV
& libidine.

Si quis ad infernos properet descendere manes,
Huc iter accelerant, balnea, vina, Venus,

G. LILII.

Nos caligantis rapiunt ad tecta tyranni,
Principi cursu, balnea, vina, Venus.

Οὐχ ὅντως βλάψει μισθεῖ λέγοντο ἀναφεν-
δόμη,

ἴστηρον τῷ καθαρῷ Φευδόμενον φι-
λιαρ.

τῷ μὲν γάρ μισθοῦτα, προειδότες, ἐκτρεπό-
μεσθα,

τόντε λέγοντα φιλέμη, οὐ προφυλασσό-
μεσθα.

ἴχθερον ἐώκενον κρίνοντα βαρύμ, οὐ ποτε λάθεμη
τῷ μὲν τῆς φιλίας τοῖσιν οὐχι, αδικεῖ.

T. MORI DE

ficto amico.

Non eque nocet hic, qui se se odisse fatetur,

Atque hic qui puram singit amicitiam.

Osore monitus fugio: fugisse sed illum

Quomodo qui se me singit amare, queo?

Pessimus hic certe est inimicus, quisquis amicus

Creditus, occulta subdolis arte nocet.

G. LILII.

Non is tam ledit, liquide qui dixerit, odi.

Quām qui sinceram singit amicitiam.

Vitabis certe quem noueris esse nocentem,

Ast illum nunquam qui tibi dixit, amo.

Ille mihi graui est hostis, qui clam nocuisse
Gaudet, quiq; fidem fert in amicitia.

ΕΙΣ ΛΑΚΑΙΝΑΝ Α ΔΗΛΟΝ.

Γυμνὸν ἴδουσσα λάκαινα ταλιντροπον ἐκ
τολέμοιο

ταῖδερον ἐις πάτραρ φόκυριεντα πόδια,

Αντιναιζόσσα, δὲ πάτατο λασσελόγχημ,

ἄρρενα φιξαμένη φθόγορον ἐπὶ κταμένω.

Ἄλλοτρον τατάρτας εἰπερ γένος, ἔρρε πόδι
ἄσθητο.

ἔρρε επειδεινοσω πατρίδα, καὶ γενέτας.

T. MORI DE MI-

lite Spartano.

In patriam amissis celeri pede dum redit armis,

Conficiens gnatum seu Lacena suum,

Obvia sublata corpus transuerberat hasta,

Hec super occisum mascula verba loquens:

Degener ὁ Spartes genus, ito in tartara tandem:

Ito, degeneras & patria, & genere.

GVIL. LILII.

Quum nudum ē bello gnatum remeare Lacena.

Vidit, & in patrios accelerare lares,

Insultans contra, pectus traiecerat hasta,

Horrida in extintum voce virago furens,

Spartanam quando es patriam mentitus, auofq;

Ad manes tandem degener, inquit, abi.

ΑΓΑΘΙΟΥ.

LILII PROGYMNASMATA.

20

ΑΓΑΘΙΟΥ.

Χωλόφεχες φρυνοῦ ὡς θύρασία καὶ γάρ
ἀλιθῶς
ἐκόνα τῷρεν φύσις ἐκρέεχεν

T. MORI IN CLAV-
dum & stupidum.

Clauda tibi mens est, ut pes natura nota sit
Exterior certas interioris habet.

GVL. LILII.

Tardus es ingenio, ut pedibus natura etenim dat
Exterius specimen, quod latet interius:

ΑΔΗΛΟΝ

Εἰ μὲν ἦν μαθητὴρ δὲ παθητός,
καὶ μὴ παθητός, καὶ λόγος ἦν μαθητός.
δὲ δὲ παθητὸς δὲ μαθητός,
τι δὲ μαθητὸς παθητός γάρ χρή.

T. MORI THEOPHRASTI
apud Aulum Gellium Di-
lemma.

Si vitare queas, que sunt patiënta, sciendo,
Scire quidem pulchrum, que paterere foret;
Sin que prescieris vitandi est nulla potestas,
Quid prescire iuuat, que patiere tamen?

G. LILII.

Si posset cassus quisquam præscire futuros;
Et vitare simul, scire suavitate foret:
Sin patiënta tibi proorsus que scire requiris;

Quid præscire iuuat? namque necesse pati.

T. MORI, CARMINE

iambico trimetro:

Præscire si queas, que oporteat pati,
Queasq; non pati, bonum est ut præsciat:
At si te oporteat, licet sciens pati,
Præscire quid iuuat? necesse enim est pati.

ΠΑΛΛΑΔΑ.

Δις δύο ἀδελφοὺς ὡδέτεχε τάφος. ἦν
γάρ επίσχορ,
ἵματα καὶ γενεῖς δὲ δύο, καὶ θανάτος.

T. MORI IN DVOS

fratres, uno & natos &
mortuos die.

Quatuor hic tumulus fratres complectitur. ex his
Lux simil una duos & parit, & perimit.

G. LILII.

Quatuor hic tumulus fratres habet. una duobus.
Lux & natalis, mortis & una fuit.
Zeus, κύκλος, τάῦρος, σάτυρος, χρυσός, δέ
ἔρωτας.
Ἄνδρες, εὐρώπης, αντίόπης, Δαναίς.

T. MORI DE IOVĒ MVTĀTO.

Taurus, obo, satyrus, ob amore et Iuppiter aurū est
Europes, Ledes, Antiope, Danae.

G. LILII.

Taurus, obo, satyrus, per amorem Iuppiter aurum
Europe, Leder, Antiope, Danae.

ΑΔΗΛΟΝ.

Εννέα τὰς μούσας φασί τινες, ὡς ὀλιγόρεως
ἢ δὲ καὶ σαπφὼ λεσβῶντες ἢ δικάστης.

T. MORI IN SAPPHO.

Musas esse nouem referunt, sed proorsus aberrant,
Lesbitā iam Sappho Pieris est decima.

G. LILII.

Quām tentere dixere nouem quidam esse sorores
Musarum, en Sappho Lesbis adegit decima.

ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Ποσάτυρος θύρας χαλκός ὑπερθραμψεύς, ἢ διά
τεχνης

χαλκός ἀναγκασθεῖς, ἀμφιχύθη σατύρος:

G. LILII, IN ΕΡΕΑΜ

Satyrī Scatuum.

Aut Satyrus fusus circum es; aut arte coactum
Illud idem circum fusum erat es Satyro.

T. MORI.

Proorsus admiranda cum circumflectitur arte,
Aut Satyrū hoc tegit es, aut Satyro es tegitur:

EIVSDEM.

Aut isti Satyrus iam circumflectitur ari,

Aut isto Satyrus iam circumflectitur ari.

ΕΙΣ ΑΓΑΛΜΑΝΙΟΒΗΣ.

Ἐκ ζωῆς μὲν θεοί τένεσαν λίθορ ἐκ δὲ λίθοιο
ζωὴν τραχιτέλης ἐμπαλιν ἐιργάσσεται:

G. LILII, IN STATVAM

Niobes:

Ex vita saxum Dij nie secere, sed ipse

Ex saxe vitam denuo Praxiteles.

T. MORI.

Dij ex viua lapidem fecere, at quem Lapis esset;

Me viuam fecit denuo Praxiteles.

ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Δῆμος ἀθηναῖον σὲ νεοτεῖολεμέτικόν τηδε
τίμιστευνοις ἐυσεβίης δὲ ἔνεκα.

T. MORI IN STATVAM

Neopolemi:

Ceproris vrbs te tota Neoptoleme hac statua ornat:

Vi faciat, faciunt hinc amor, hinc pietas.

G. LILII.

Hoc te donaret propter pietatem & amorem

Signo Cecropidum turba Neoptoleme.

FINIS PROGYMNASMATVM THOMÆ

MORI, ET GVLIELMI LI-

LII SODALIVM.

DIJ EPIGRAM.

EPIGRAM IN SUSCEPTI

MATA CLARISSIMI,
DISERTISSIMI QVE VIRI
THOMAE MORI BRI-
tanii, pleraque è Gracis
versa.

DIADEMATIS DITEM
HENRICI OCTAVI, ILLVSTRIS-
simi ac faustissimi Britanniarum Regis, ac Ca-
therinę Reginę eius felicissimę, Thomae
Mori Londoniensis, carmen
gratulatorium.



Ereor illustrissime
princeps, dum mo-
re virginum, quæ
satis formæ suæ non
fidunt, picturæ le-
nocino gratiam il-
lepidis versiculis cō-
parare studeo, ne
eos qua maxime do-
te placere potuissent, id est, ipsius rei nouitiae,
fraudarim. Nam quum illico in præsentem co-
ronationē tuam conscriptos eos pectori exor-
nandos dedisse, effecit certe podagra, qua
protinus quām opus inchoauit, incommodis-
sime tentatus est, ut eos nunc tandem, serius
aliquanto quām res postulare videbatur, ex-
hibeam. Itaque (si tecum pro insita humanitate
tua liberius agi sinis) haud scio, maiorem
ne gratiam versiculis nostris pictoris manus
adiecerint, an pedes ademerint. Quippe qui-
bus effectum est, ut mihi verendum sit, ne non
minus sera, ac proinde intempestiuæ videri ti-
bi posuit hæc nostra gratulatio, quām olim Ti-
berio principi visa est, Iliensium illa consola-
tio, qua eum de morte filij, iamdiu defuncti,
confolabantur, quām ille faceta dicacitate de-
lusi, respondens se eorum quoque vicem do-
lere, quod bonum militem amisissent Hecto-
rem, verum eorum officium, ad luctum non
senescentem modo, sed planè præmortuum,
non potuit esse non ridiculum, meum verò ab
hoc vitio vendicat immensa illa de celebri co-
ronatione tua lætitia, quæ quum pectoribus
omnium tam efficacem sui vim ac præsentiam
impresserit, ut senescere vel integra ætate non
possit, effecit nimirum, ut hoc meum officium
nō sero re peracta atq; euanida, sed præ-
sens in rem præsentem peruenisse
videatur. Vale princeps illu-
strissime, & (qui nouus ac
rarus regum titu-
lus est) Jamatis-
sime.

Si qua dies vñquā, si quod fuit Anglia tempus,
Gratia quo superis effet agenda tibi,
Hæc est illa dies nūeo signanda Lapillo,
Læta dies faslis annumeranda tuis.
Meta hæc seruitij est, hæc libertatis origo,
Tristitia finis, letitiaeq; caput.
Nam iuuenem secli decus o memorabile nostri
Vngis, & in regem præficit ista tuum.
Regem qui populi non vnius usque, sed orbis
Imperio dignus totius unus erat.
Regem qui cunctis lacrymas deterget ocellis,
Gaudia pro longo substituat gemitu.
Omnia discutis arident pectora curis,
Ut solet excussa nube nitere dies.
Iam populus vultu liber præcurrat amano,
Iam vix letitiam concipit ipse suam.
Gaudet, ouat, geslit, tali sibi regé triumphat,
Nec quicquam nisi rex quolibet ore sonat.
Nobilitas, vulgi iam dudum obnoxia feci,
Nobilitas, nimium nomen inane dñi,
Nunc caput attollit, nunc tali rege triumphat,
Et merito causas vnde triumphet, habet.
Mercator varijs deterritus ante tributis,
Nunc maris insuetas puppe resulcat aquas.
Leges inuidæ prius, smò nocere coacte,
Nunc vires gaudent obtinuisse suas.
Congaudent omnes pariter, pariterq; rependunt
Omnes venturo damnæ priora bono,
Iam quas abdiderat cæcis timor ante latebris,
Promere quiq; suas gaudet & audet opes.
Iam iuuat o, potuit tot surum si qua tot vncas
Tam circumspectas fallere præda manus,
Non iam diuitias ullum est (magnum esse solebat)
Quæstas nullo crimen habere dolo.
Non metus occultos insibilat aure susurros,
Nemo quod taceat, quodve susurret, habet.
Iam delatores volupe est contemnere, nemo
Deferrit, nisi qui degludit ante, temet.
Conuenient igitur simul etas sexus, & ordo,
Causaq; non ullum continet ylla domi.
Quo minus intersint, dum sacris rite peractis,
Rex init auspicijs regna Britanna bonis.
Quacunque ingreditur studio conferta videndi,
Vix finit angustam turbæ patere viam.
Opplenturq; domus, & pondere tecta laborant,
Tollitur affectu clamor ubique nouo.
Nec semel est vidisse satis, loca plurima mutant,
Si qua rursus eum parte videre queant.

Ter spectare iuvat, quid ni hunc spectare iuvaret;
 Quo natura nihil finxit amabilius?
 Mille inter comites excelsior omnibus extat,
 Et dignam augusto corpore robur habet.
 Nec minus ille manu est agilis, quam pectore fortis;
 Seu res disticto debeat ense geri.
 Seu quum protensis aude concurritur basiis;
 Seu petat oppositum missa sagitta locum.
 Ignea vis oculis; Venus infidet ore genisq;
 Est color, in geminis qui solet esse rosas.
 Illa quidem facies alacri veneranda vigore
 Esse potest tenerae virginis, esse viri.
 Talis erat, Nympham quum se simulauit Achilles.
 Talis, ubi Aemonis Hectora traxit equis.
 O si animi prestantis vna cum corpore virtus
 Cerni, natura non prohibente, queat.
 Imò etiam vultu virtus pellucet ab ipsis;
 Est facies animi nuncia aperta boni.
 Quam matura gaudi fideat prudentia mente,
 Quam non solliciti pectoris alta quies.
 Quoq; modo sortem ferat, & moderetur vitranque;
 Quanta verecunde cura pudicitie.
 Quam tranquilla souet placidum clemens pectus;
 Quam procul ex illo fastus abest animo.
 Principis egregius nostris (quas singere non est)
 Pre se fert certas vultus & ipse notas.
 At qua iustitia est, regnandi quas habet artes,
 Prosequitur populum qua pietate suum,
 Hac facile ex vultu sunt illufria nostro;
 Hac sunt ex nostris conspicienda bonis.
 Quod sic afficimur, quod libertate potimus;
 Quodq; abierte timor, damna, pericula, dolor,
 Quod redire simul, pax, commoda, gaudia, risus,
 Eximi virtus principis inde patet.
 Eneruare bonas immensa licentia mentes;
 Idq; etiam in magnis assolet ingenij.
 At quamvis erat ante prius, mores tamen illi
 Imperium dignos attulit imperio:
 Nam bona que pauci sera fecere senecta,
 Protinus in primo prestatit ille die.
 Illico correptos inclusit carcere, quisquis
 Consilio regnum leserat ante malo.
 Qui delator erat, vincis constringitur arctis,
 Ut mala quo multis fecerat, ipse ferat:
 Ad mercatores aperit mare, si quod ab illis
 Durius exactum est ante, remisit omni.
 Despectusq; diu magnatum nobilis ordo,
 Obtulit primo prisina iura die.
 Ille magistratus & munera publica, vendi
 Qua sucuere mala, donat habenda bonis.
 Et versis rerum vicibus feliciter, ante
 Qua tulit indoctus premia, doctus habet.
 Legibus antiquam (nam versa euterre regnum
 Debuerant) subito vimq; decusq; dedit.
 Omnis cumq; prius prorsus desceret ordo,
 Protinus est omnis redditus ordo sibi.

Quid, quod in his etiam voluit rescindere quadam,
 Ut populo posset commodus esse suo.
 Que tamen ante suo nouit placuisse parenti?
 Sic patriam, vt decuit, prestat ille patri.
 Nec miror, quid enim non principe fiat ab illo,
 Cui cultum ingenuis artibus ingenium est?
 Castilio quem fonte nouem lauere sorores,
 Imbuit & monitus Philosophia suis.
 Nominibus populis multis obnoxius omnis
 Regi erat, hoc vnum pertinuitq; malum:
 At rex, hinc metu quum posset, posset & inde
 Congerere immensas, si voluisset, opes.
 Omnibus ignouit, securos reddidit omnes.
 Sollicitiq; malum subfusit omne metus.
 Ergo alios populi reges timuere, sed istum;
 Per quæ nunc nihil est quod timeatur, amant:
 Hostibus o princeps multum metuende superbis.
 O populo princeps non metuende tuo.
 Ille te metuunt, nos te veneramur, amamus:
 Illis, nostrar erit, car metuaris, amor.
 Sic te securam, demptoq; satellitae tutum,
 Vndeq; prestat, hinc amor, inde timor.
 Extera bella quidem, coet si Gallia Scotti,
 Sit tantum concors Anglia, nemo timet.
 At procul intellina aberunt certamina: namq;
 Semina, quas causas vnde oriantur, habent?
 Primum equidem de iure tua titulog; corone:
 Quæstio iam non est villa, nec esse potest.
 Qua certare solet iam tu pars vitaque solus.
 Nobilis hanc item soluit vterq; parens.
 Ast magis abs te eti; est populi procul ira, tumultus
 Impia ciuilius que solet esse caput.
 Ciubus ipse tuus tam vharus es omnibus vnuis,
 Ut nemo posset charior esse sibi.
 Quod si forte duces committeret ira potentes,
 Soluetar nutu protinus illa tuo.
 Tanta tibi est maiestatis reverentia sacra,
 Virtutes merito quam peperere tue.
 Qua tibi sunt fuerant patrum quacunque tuorum;
 Secula prisca quibus nil habuere prius.
 Est tibi namq; tui princeps prudentia patris,
 Estq; tibi matris dextra benigna tue.
 Est tibi mens aui, mens religiosa paterna;
 Est tibi materni nobile pectus aui.
 Quid, mirum ergo, nouo si gaudeat Anglia more,
 Cum qualis nunquam rexerat ante, regat?
 Quid quod letitia haec, que visa est non potuisse
 Crescere, coniugio crevit ad aucta tuo?
 Coniugio, superi quod decreuere benigni,
 Quo tibi, quoq; tuis consulere bene,
 Illa tibi conianx, letus communia tecum
 Quam vident populus sceptra tenere tuis;
 Cuius habent tantam celestia munina curam.
 Ut thalamis ornent, nobilitentq; tuis.
 Illa est, que priscas vincat pietate Sabinas.
 Maiestate sacras viceat heroidas.

THOMÆ MORI

Illa vel Acestes castos aequarit amores,
 Vel prompto superet consilio Tanaquil.
 Illo ore,boc vultu,forma est spectabilis illa,
 Quæ talem ac tantam sola decere potest.
 Eloquio secunda cui Cornelia cedat,
 Inq; maritali Penelopeia fide.
 Illa tibi princeps multos deuota per annos,
 Sola tui longa mansit amore mora.
 Non illam germana soror,nec patria flexit,
 Non potuit mater,non reuocare pater.
 Vnum te matri,te prætulit illa sorori:
 Te patrie,& charo prætulit illa patri.
 Illa tibi felix populos,hinc & inde potentes
 Non dissoluenda iunxit amicitia.
 Regibus orta quidem magnis, nibilq; minorum est
 Regum, quam quibus est orta,futura parens.
 Hactenus una tui nauem tenet ancora regni,
 Una,fat illa quidem firma, sed una tamen.
 At regina tibi sexu secunda virili
 Vnde firmatam perpetuamq; dabit.
 Prouenient illi magna ex te commoda,xrusus
 Ex illa veniunt commoda magna tibi.
 Non alia,vlla fuit certe te digna marito.
 Illa non alias coniuge dignus erat.
 Anglia thura feras, facrumq; potentius omni
 Thure,bonas mentes innocuasque manus.
 Connubium vt superi hoc,sicuti fecere,secundent,
 Ut data coelesti sceptra regantur ope.
 Vtq; ipsis gestata diu hæc diademata,tandem
 Et natus nati gestet,& inde nepos.
EIVSDEM IN SUBITVM IMBREM,
 qui in pompa Regis ac Reginæ
 large obortus, nec sole
 abstulit, nec du-
 rauit.
 Dum peterent sacras Rex & Regina coronas,
 Pompa qua nunquam pulchrior vlla fuit.
 Aureus explicit late se Phœbus,eratq;
 Leta dies populi consona pectoribus.
 At vbi iam medianam celebris peruenit in urbem,
 Tota statim ethereis pompa rigatur aquis.
 Nulla tamen Phœbi subducit lumina nubes,
 Et minimis nimbus persletit ille mora.
 Res bene contra astus cecidit,rem siue quis ipsam
 Spectet,siue omen,non potuit melius.
 Principibus nostris yberrima tempora spondent,
 Et Phœbus radijs,& Iouis vxor aquis.
EIVSDEM AD REGEM.
 Cuncta Plato cecinit tempus que proferat vllum;
 Saepè fuisse olim,saepè aliquando fore.
 Ver fugit vt celeri,celerij,resetur anno,
 Bruma pari vt spacio que fuit ante,redit.
 Sic,inquit,rapidi post longa volumina cœli
 Cuncta per innumeratas sunt redditura vices.
 Aurea prima satia est etas,argentea post hanc.
 Aerea post illam,ferrea nuper erat.

Aurea te princeps redierunt principe facta.
 O posse vates hactenus esse Plato.
EIVSDEM AD REGEM, DE
 spectaculis equestribus per
 eum editis,Epodon
 iambicum.
 Quæcumque reges adiderunt hactenus
 Equestrium spectacula,
 Lugubris illa semper aliqua reddidit
 Calamitas insignia.
 Aut tabido transuerberati militis
 Madens harena sanguine.
 Aut lanceis ita vngulive sonipedum
 Obtrita plebs ferocium,
 Turbamve comprimens simul miserrimam
 Lapse ruina machina.
 Verum tua hæc spectacula ô rex omnium
 Que vidimus pulcherrima,
 Non vlla clades,sed tua digna indole
 Insignit innocentia.
EIVSDEM DE VTRAQUE
 rosa in vnum coalita.
 Purpurea vicina fuit rosa candida,vtranq;
 Vtraque dum certant,fit prior vtra,premit.
 Vtraque sed florem rosa iam coalevit in vnum,
 Quoq; potest vno lis cadit illa modo.
 Nunc rosa consurgit,nunc pullulat vna, sed omneis
 Vna habet hæc dotes,quas habuere due.
 Scilicet huc vni species,decor,atque venustas,
 Et color,& virtus,est vtriusque rose.
 Alterutram ergo rosam,vel solam quisquis amat,
 Hanc in qua nūc est,quicquid amat,amet.
 At qui tam feras est,vt non amet,ille timebit.
 Nempe etiam spinas flos habet iste suus.
IN RHETOREM INDOC-
 tum, E Græco.
 Quinque Solæcismis donauit Rhetora Flaccum,
 Quinque statim decies reddidit ille mihi.
 Nunc numero hos,inquit,paucos contentus habeto.
 Mensura accipies quando redibo Cypro.
IN SVSPICIONEM.
 E Græco.
 Magna habet in rebus vim ac pondus opinio, nō vis
 Lædere velle tamen si videare,peris.
 Sic & Philolatum quandam occidere Cretenses,
 Quem falso credunt velle tyrannum agere.
IN RHETOREM INFANTEM
 scite pictum. E Græco.
 Ipse tacet Sextus,Sexti meditatur imago.
 Ipsa est rhetor imago,ab imagine rhetor imago est.
IN CAECUM ET CLAV-
 dum metidicos.
 Claudipedem gestat cæcis vicinus ocellis,
 Conducitq; oculos arte,locatq; pedes.
ALITER.
 Cæcus claudipedem gestat,prudenter vterq;

Rem gerit, atq; oculos hic locat, ille pedes.

ALITER

Cæcus fert claudum, atq; opera conductit eadem
Istius ille oculos, illius iste pedes.

ALITER

Claudum cæcus omnis graue, sed tamen vtile rectat.
Prospicit atq; oculis, huic regit ille pedes.

IDEM FUSIVS.

Triflis erat nimium miseris Fortuna duobus,
Huic oculos, illi dempsit iniqua pedes.

Sors illos copulat similes, claudum vebit alter.
Sic sua communi dama leuant opera.

Hic pedibus quouis alienis ambulat, itur

Huic recta alterius semita luminibus.

IDEM ALITER.

Vtilius nihil esse potest, quam si fidus amicus,
Qui tua dama suo lemat officio.

Fœdera contraxere simul mendicus ut ergo

Cum clando solidæ cæcus amicitie.

Claudo cæcus ait, collo gestabere nostro.

Rerulit hic, oculus cæce regere meis.

Alta superborum fugit penetratæ regum,
Inq; casa concors paupere regnat amor.

ALITER

Cum clando cæcus sic lege pacificatur aqua, vt
Hic ferat illum humeris, hunc regat ille oculis.

PINVS NAVICA LOQUITVR

vento subuersa, è Græco.

Pinus ego ventis facile superabilis arbor,

Stulte quid vndiuagam me facis ergo ratem?

An non augurium metuis? quim persequitur me

In terra, Boream qui fugiam in pelago?

IDEM ALITER.

Ventis pinus humo sternor, quid mittor in vndas?

Iam nunc passa prius quam nato naufragium.

IN NAVIM EXVSTAM.

Iam ratis æquoreas oneraria fugerat vndas;

Matris at in terra deperit sinibus.

Corripitur flammis, atq; ardens auxiliares

Quas maris hostiles fugerat, optat aquas:

CVNICVL A LOQUITVR, QVAE

elapsa mustelæ incidit in disposita

venatorum retia.

Mustelam obliquo dilapsa foramine fugi;

Sed feror humanos heu misera in laqueos:

Hic ego non vitam celerem, non impetro mortem.

Seruor vt heu rapidis obiciar canibus.

Qui mea dum laniant scelerato viscera morsu,

Speciat, & effuso sanguine ridet homo.

O durum genus, atq; fera truculentius omni.

Nes cui crudellem præbet acerba iocum.

INNOCENTIAM OBNOXIAM

esse iniurie. è Græco.

Ausus erit mordere malum vel mus, vetus hoc est

Verbum, sed longe res habet ipsa secus.

Innocuos audet vel mus mordere nocentem,

Tangere non audet territus ipse draco.

IN EFFLATVM VEN-

TRIS. è Græco.

Te crepitus perdit, nimium si ventre retentes.

Te propere emissus seruat item crepitus.

Sic crepitus seruare potest & perdere, nunquid

Terrificis crepitus regibus aqua potest?

DE MORTIS AEQUALITATE

è Græco.

Victor ad Herculeas penetres sicut vsq; columnas,

Te terra cum alijs pars manet aqua tamen;

Iro par moriere, obolo non diutor uno,

Et tua te (sed non iam tua) soluet humus.

IN SORDIDVM E GRÆCO.

Te ditem appellant omnes, ego planè inopem te.

Nam facit vesus opes, testis Apollophanes.

Si tu vtare tuis, tuis sunt sin tua serues

Heredi, tua iam nunc aliena facis.

VENATVS ARANEAE.

Insidiata vagam comprehendit aranea muscam;

Et lentis trepidam casibus implicit.

Iamq; hiat in morsum, sed sepe os inter & offam;

Vt verbū vetus est, multa venire solent.

Sors muscae miseretur, & aduersatur arachna,

Inq; malum è misera transiit exitum,

En stimulante fame properans innadis utramq;

Sturne, ruunt casses, haec fugit, illa perit.

Sic misero spes est plerunq; secure sub ipsa,

Inter & armatos mille malo metus est.

IN CYNICVM STVLTÉ ABSTINENTEM. è Græco.

Barbati Cynici, baculoq; vagantis egeni

In cena magnam conspicimus sophiam.

Scilicet hic raphanis Cynicus primum atq; lupin,

Ne virtus ventri seruat, absimuit.

At hincum postquam bulbum confixit ocellis,

Iam rigidum & sapiens excutit ingenium.

Flagitat atq; audiē spem præter deuorat omnem,

Virtuti bulbus, nil ait officiet.

EPITAPHIVM MEDICI.

è Græco.

Theſſalus Hippocrates, Cœus genere, hac iacet vñna.

Phœbi immortalis semine progenitus.

Crebra trophæa tulit morborum armis medicina.

Laus cui magna, nec id sorte, sed arte fuit:

IN SERVVM MORTVM

è Græco.

Hic seruus dum vixit, erat nunc mortuus idem;

Non quam tu Darî magne minora potest.

IN ANCILLAM MORTVM

Ante fuit solo Sofime corpore seruus,

Nunc satò par est haec quodq; missa manu.

IN PISCATOREM ADAMATUM. è Græco.

Pisces dum capti at pectoris diutis illum

Nata videt, visi flagrat amore viri,

D iiiij Deinde

THOMÆ MORI

Deinde viro nubit, sic illi ex paupere vita,
Magna superbarum copia venit opum.
Adstetit, & ridens Fortuna ait, heu Venus haud iam
Mars erat iste tuus, Mars erat iste meus.

ALITER

Mars erat iste meus, Venus, inquit, verba retorques,
Illico Sors eadem, Mars erat iste meus.

IN REPENTE FELICEM E

miserio, E Græco.

Non tibi quod faueat, sic te Fortuna leuauit.
Vel de te liqueat, vult sibi, quid liceat.

IN MEDIOCRI TATE M,

E Græco.

Inuidia est peior miseratio, Pindarus inquit.
Felici inuidiam splendida vita facit.
At nimium miserios miseramus, Pindarus inquit.

Hei nimium felix, nec miserandus ego.

Scilicet extremis longe mediocria praestant.

Insima calcantur, summa repente ruunt.

NIHIL PRODESSE TOR

queri metu mali venturi.

E Græco.

Cur patimur stulti, namq; hac recordia nostra,
Vrat ut indomitus pectora nostra metus.
Seu mala non venient, iam nos metus viri manus.
Sin venient, aliud sit metus ipse malum.

Ipse quidem cecini, scripti diuinus Homerus.

IN RIDICULVM IUDICIVM,

E Græco.

Lis agitur, surdusq; reus, surdus fuit actor.
Ipse tamen iudex, surdus vtroq; magis.
Pro aedibus hic petit as, quinto iam mense peracto.
Ille refert, tota nocte mihi acta mola est.

Afficit hos iudex, & quid contenditis, inquit.

An non vtriq; esti mater? vtriq; alite.

AD LVCERNAM NOCTURNAM.

Lychne reuersoram ter te iuravit amica,
Nec reddit, o pœnas det tibi, si Deus es.

Ludenti cum nocte places, extinguere. & aufer
Tam sacra tam sacris lumina luminibus.

LAIS ANVS AD SPECVLVM,

E Græco.

Nequiter arrisi tibi, que modo gratia, amantum
Turbam in vestibulis Lais habens iuuenum,
Hoc Veneri speculum dico. nam me cernere tales
Qualis sum nolo, qualis eram nequeo.

IN MORTIS DIEM OMNI-

bus incertum.

Non ego quos rapuit mors, defleo. defleo viuos,
Quos vrunt longo fatu futura metu.

Fleres si scires vnum tua tempora mensem.

Rides quum non sit forsitan vna dies.

IN APVM INDVSTRIAM,

E Græco.

Mellis apes fluiios ipsæ sibi in aethere singunt.

Ipse quos habitant edificant thalamos.

Grata apis humanae frugesq; facilissima vita est.

Non bouis aut curue felis egebit ope.

Tantum opus hic fistula est, ubi dulcia pocula mellis
Vbertim paruo fundat ab alveolo.

Congaudete sacre, varios & pascite flores,

Aetherei volucres nectaris artifices.

IN ANVM FVGIS FRV-

stra vtentem.

Sæpe caput tingis, nunquam tintura senectam,

Aut tensura genis que tibi ruga tuis.

Define iam faciem fistio perfundere totam,

Ne persona tibi hec sit modo, non facies.

Quum nihil assequeris suco fistioq;, quid amens

Vis tibi nunquam Hec uben hec faciet. Helenæ.

IN HOMINIS NATIVITATEM

E Græco.

Heus homo si memor es quid te dum gigneret, egit

Tum pater, ex animo iam tunor ille cadet.

At Plato te factum dum somniat, inflat inani,

Aeternumq; vocat semen & aethereum.

Factus es ecce luto, quid suspicis alta? sed istud

Plasmate, qui te ornat, nobiliore feret.

Quin si vera voles addire, libidine foeda

Natus es è coitu, guttula & è misera.

DE ASTROLAGO RIDICULIO

Non Cumæa sacro vates correpta furore,

Certius afflata mente futura videt.

Quam meus astrologus divina clarus in arte

Præuidet inspecto sydere præterita.

ALIVD IN ASTROLOGVM

vxoris impudicæ maritum.

Astra tibi aethereo pandunt se omnia vati,

Omnibus & qua sint fata futura, monent.

Omnibus ast vxor quod se tua publicat, id te

Astra, licet videant omnia, nulla monent.

IN EVNDEM, IAMBICVM.

O chare nobis syderum cœlestium

Inspector astris, ipse nunc Phœbus tibi

Optem libenter indicare clanculum

Quiddam, quod ad te pertinens quam maxime,

Dum cuncta luistro, deprehendi pridie.

Sed terrat Venus, minatur & mibi

Secundum amorem, qui nibilo secundior

Mibi sit futurus, quam fuit Daphnes prior,

Quicquam cuius garritus si deferam

De se marito, quale detuli prius.

Nescibis ergo hoc, ceteras rerum vices

Docebo te, nuptæ sed in rebus tue

Si quid tua non cedat ex sententia,

Hoc omnibus prius patebit, quam tibi.

ALIVD IN EVNDEM.

Quid inter alta stulte queris sydera

In humo manentis coniugis mores tua?

Quid alta spectas? insuet, id est cui tu times?

Dum iam tu, agat quid illa, queris in polo,

Hac qua libebat, interim egit in solo.

Aliud

ALIVD IN ASTROLOGVM
eundem.

Sydera vestigans inter cœlestia demens,
Cur dubia semper mente quid vxor agat?
Si nescis qualis tibi sit, crede esse pudicam.
Quod tibi persuades si bene, iam bene habes.
Quid cognoscere vis, que non nisi cognita ludunt?
Quid fieri studio vi miser ipse tuo?
Hic furor haud dubie est, quem iam desistere posis,
Querere sollicito quod reperiire times,

ALIVD IN ASTROLOGVM.
Saturnus procul est, iamq; olim casus, ut aiunt,
Nec prop̄ discernens à puro lapidem.
Luna verecundis formosā incedit ocellis,
Nec nisi virginēum virgo videre potes
Iuppiter Europen, Marten Venus, & Venerē Mars,
Daphnen Sol, Hycnen Mercurius recolit.
Hinc factū astrologe est, tua quā capit vxor amates
Sydera significant ut nihil inde tibi.

DE FORMA, DILEMMMA IAM-
bis trimetris scazonibus.
Quid forma confert, Hercules nihil cerno.
Si ferueas, deformis ecce formosa est.
Sin frigeas, formosa iam sit informis.
Quid forma confert, Hercules nihil cerno.

DE ASTROLOGO, DE
quo supra.

Sæpe suam inspectis vxorem Candidus astris,
Predicat en vates omnibus esse bonam.
Inspectis iterum postquam vxor adultera fugit,
Prædictis vates omnibus esse malam.

PARAESESIS AD

virtutem veram.

Heu miseris quicquid misero blanditur in orbe,
Illico marcescens ut rosa verna cadit.
Nec quenquam vsque adeo placidis cōpletetur vlnis
Sors, vi non aliqua parte molestia premat.
Imbibe virtutes, & inania gaudia sperne.
Sunt animi comites gaudia vera boni.

AD CONTEMPTVM HVIVS
vitæ.

Nos velut instabiles ventus quatit omnis aristas,
Quolibet impellunt spes, dolor, ira, metus.
Nil habet in rebus pondus mortali bus vnum.
Momento pudor est si moueare leui.

MORTEM NON ESSE METVEN-
dam, cum sit finis malorum

E Græco.

Non stultum est mortem matrem timuisse quietis?
Quam fugiunt morbi, mœstasq; pauperies?
Sola semel miseris se se mortalibus offert,
Nec quisquam est ad quem mors iterū redit.

At reliqui morbi varij, multiq; vicissim
Nunc hunc, nunc illū, terq; quaterq; premunt.

IN EPISCOPVM QVENDAM
cordidum ac perparcum.

Vita Sibyllinos mea si duraret in annos,
Non bonitas vñquam præfusis excideret.
Iugera multa soli locat, amplas possidet vrbes,
Centum stipatus progreditur famulis.
Me tamen exigui census, quum nuper adirem,
Excipit, & vere comiter alloquitur.
Quin abiens nigri gustarem vt pocula vini,
E loculo clauem liberat ipse suo.

DE VICISSITUDINE FORTVNÆ
E Græco.

Lubrica non seruat certum Fortuna tenorem,
Sed rotat instabilem caca subinde rotam.
Sternere summa libert, libert insima tollere rerum
Inq; vicem nulla vertere lege vices.
Maxima quā bona sunt, iā sunt mala, proxima rursum
Maxima quā mala sunt, proxima iā bona sunt.
Forti animo mala fer, nec bis miser esto dolore,
Ne cito venturis premeriare bonis.

VITA BREVIS.

Non tibi viuacem furor est spondere senectam?
Quum non sit vita certa vel hora tue.
Finge age Nestorium sis peruenturus in eum,
Longa tument multis tempora facta malis.
Omnia vt effugias viridis quibus anguit etas,
Tedia longa tibi curva senecta feret.
Tu tamen ad seros (nulli quod contigit) annos
Vt venias, nullo percitus ante malo.
Hoc tamen exiguum est, vbi nunc tot Nestoris anni?

Ex tanto supereft tempore nulla dies.

PATIENTIA.

Tristia qui pateris perfer, Sors tristia soluet.
Quod si non faciat Sors, tibi mors faciet.

VITA IPSA CVRSVS AD
mortem est.

Nugamur, mortemq; procul procul esse putamus.
At medijs latet hac abdita visceribus.
Scilicet ex illa, qua primum nascimur hora,
Prorepunt iuncto vitaq; morsq; pede.
Partem aliquam furtim qua se metitur, & ipsam
Surripit è vita quelibet hora tua.

Paulatim morimur: momento extinguimur uno,
Vt lampas oleo deficiente perit.

Vt nihil interimat, tamen ipso in tempore mors est.
Quin nunc, interea dum loquimur, morimur.

DIVES AVARVS PAVPER EST
sibi, è Græco.

Diuitias animi solas ego iudico veras.

Qui rebus pluris se facit ipse suis,
Hunc adeo ditem, hunc opulentum rite vocamus.

Magnarum quis sit qui videt ysus opum.

Calculus at si quem misere numerandus adurit,

Qui misere semper diuitias cumulet.

Hic vt apes paruo crebroq; foramine fosso,
Sudat in alueolo, mel alijs comedunt.

DILEMMA EPICVRI.

Deijciat miseram tibi nulla molestia mentem.
Si longa

THOMÆ MORI

Si longa est, leuis est, si grauis est, breuis est.

CONTRA.

Deixit heu miseram, prosternit & vtraq; mentem;
Longa nec villa leuis, nec grauis villa breuis.

DE MORTE.

Somniat, hic ditem qui se putat esse, videtq;
Morte experrectus illico quam sit inops.
S O L A M O R S T Y R A N N I-
cida est.
Duriter es quicunq; viris oppressus iniquis.
Spem cape, spes luctus leniat alma tuos.
Versilis in melius vel te Fortuna reponet,
Vt solet excussa nube nitere dies.
Aut libertatis vindex frendente tyranno,
Eruet iniecta mors miserata manu.
Afferet haec (quo plus tibi gratificetur) & illum,
Afferet atq; tuos protinus ante pedes.
Ille opibus tantis fastig, elatus inani,
Ille ferox crebris ante satellitibus,
Hic neq; toruus erit, vultu nec vt ante superbo,
Sed miser, abiectus, solus, inermis, inops.
O quid vita tibi dedit vnquam tale? vicissimi
Iam ridendum erit, qui nietuendus erat.
O Cor tristre malis misere immersumq; profundis
Rumpere sit pone terminus iste rhe.
Sanguinolenta tua domina tua vulnera pande,
Illa breui est, que nos diuidet vna duos.
Quam miser ergo du sic heu lachrymabo, querarq;
Mors ades, & tantis horrida sole malis.

IN AMICAM FOEDIFRA-

gam iocosum.

Dy melius, venere in bac que somnia nocte?
Tota semel mundi machina versa ruit.
Nec sua lux Phœbo constabat, nec sua Phœbe
Iamq; tumens omnem strauerat aquor humu.
Maius adhuc mirum, vox eni mibi dicere visa est,
Heus tua iam pactam fregit amica fidem.

DE CVNICVLÓ BIS CAPTO:

E rete extrahor, è digitis in rete relabor.
Heu semel heu fugi, bis miser vt caperer.

IN VIRGINEM MORIBVS

haud virgineis.

Blanda, salax, petulans, audax, vagia, garrula virgo.
Si virgo est, virgo est bis quoq; que peperit.

IN UXORES.

Hoc quisque dicit, rebus in mortalibus
Quod tristius sit, ac magis viros grauen;
Natura nil produxit his vxoribus.
Hoc quisq; dicit, dicit, at dicit tanien.
Quin sex sepultis, septimam ducit tamen.

IN EASDEM.

Res vxor grassis est, poterit tamen vitilis esse,
Si sua det propere se moriente tibi.

IN IMAGINEM DISSIMILEM

E Greco.

Hec tua quam nuper pinxit Diodorus imago,

Cuiusvis magis est, quam tua Menodote.

IN EANDEM.

Sic se totum istbac expressit imagine pictor,
Vt nulli tam sit, quam tibi dissimilis.

CHORIAMBICVM DE VITA

suaui, E Greco.

Non est cura mibi Gygis,
Qui rex Sardibus imperat;
Aurum non ego persequor,
Reges non miser emulor.
Cura est, barba suauibus
Vnguentis mibi persuat.
Cura est, vt redolentibus
Cingam tempora floribus,
Cura sunt bodierna mi,
Nam quis crastina nouerit?
Tornato bene Mulciber
Argento mibi poculum,
Iam nunc effice concavum,
Et quantum potes imbibum.
Et fac illud vt ambiant
Non currus, neq; sydera,
Orion neq; flebilis.
Vites fac virides mibi.
Botri fac mibi rideant
Pulchro cum Dionysio,

IN MEDICVM IMPOSTOREM,

Qui guttulam ficti balsami
magni vendidit.

Febre laboranti medicus, seret o tibi certe
Aut nihil, aut tantum balsamus, inquit, opere.
Sed nemo me præter habet, per paululum & ipse,
Gutta emitur libris non minus vna decem,
Nunc mibi quinq; dabis, reliquas mibi quinq; daturus
Sanus, vt has nunquam te moriente, petam.
Nunquam rem facies, tanto in discrimine qui vis
Tam charæ guttae ponere dimidium.

Pacta placeunt, minimog; è vitro & sindone tecto,

Iacta petit glady cuffide gutta merum.

Abluat vt vino mucronem, eger obsecrat, absit,

Inquit, adhuc libras bis habet ille decem.

Gutta, ait, vna sat est, & erat satis, vnicu tantum.

Gutta potest, vnam vix bibit, & moritur.

O nimis aduerso contractum sydere pactum.

Hinc guttae, hinc vita dimidium perijt.

INFICATAM E GRECO.

Tinguis capillos feminas, at qui scis, yogas?

Nigri suere quum referres è foro.

IN IMAGINEM MALE PICTAM.

Effigie studuit tua in bac ostendere pictor,

Expressisse queat quam tibi dissimilem.

IN EANDEM.

Hac tua tam vere est facies expressa tabella,

Vt iam non tabula bac sit tibi sed speculum.

IN EANDEM.

Quam mibi monstrasti demiror Posthume pictor.

Effigies

Effigiem quanta finxerat arte tuam.
 Inspicit hanc quisquis si te confexerit vnguam,
 Si non artificis tangitur inuidia,
 Tam similem hic ovo non esse fatebitur ovum,
 Effigies hec est quam tibi distimilis.
IN ANGLVM GALICAE LIN-
guæ affectatorem.
 Amicus & sodalis est Latus mibi,
 Britanniaq; natus, altusq; insula.
 At cum Britannos Gallie cultoribus
 Oceanus ingens, lingua, mores dirimant,
 Spernit tamen Latus Britannica omnia.
 Miratur, expeditq; cuncta Gallica.
 Toga superbit ambulans in Gallica,
 Amatq; multum Gallicas lacernulas.
 Zona, locello, atque ense gaudet Gallico,
 Filo, bireto, pileoq; Gallico,
 Et calceis, & subligare Gallico,
 Totoq; deniq; apparatu Gallico.
 Nam & vnum habet ministrum, eumq; Gallicu.
 Sed quem (licet velit) nec ipsa Gallia
 Tractare quiret plus (opinor) Gallice,
 Stipendiū nihil dat, atq; id Gallice,
 Vestitq; tritis pannulis, & Gallice hoc.
 Alit cibo paruo, & malo; idq; Gallice.
 Labore multo exercet, atq; hoc Gallice.
 Pugnisq; crebro pulsat, idq; Gallice.
 In cœtu & in via, & foro, & frequentia
 Rixatur, obiurgatq; semper Gallice.
 Quid? Gallice illud? uno semigallice.
 Sermonem enim (ni fallor) ille Gallicum
 Tam callet omnem, quam Latinum Psytacu.
 Crescit tamen sibi q; nimurum placet,
 Verbis tribus, si quid loquatur Gallicis,
 Aut Gallicis si quid nequit vocabulis,
 Conatur id, verbis licet non Gallicis,
 Sonoq; saltrem personare Gallico,
 Palato biante, acutulo quodam sono,
 Et femine instar garrientis molliter,
 Sed ore pleno, tanquam id impleant fabæ,
 Balbutiens videlicet suauiter,
 Presis quibusdam literis, Galli quibus
 Ineptientes absalent, nihil secus,
 Quam vulpe gallus, rupibusq; nauita.
 Sic ergo linguam ille & Latinam Gallice,
 Et Gallice linguam sonat Britannicam.
 Et Gallice linguam refert Lombardicam.
 Et Gallice linguam refert Hispanicam.
 Et Gallice linguam sonat Germanicam.
 Et Gallice omnem, præter vnam Gallicam.
 Nam Gallicam solam sonat Britannica,
 At quisquis insula satus Britannica,
 Sic Patriam insolens fasidet suam,
 Vi more simile labore singere,
 Et emulari Gallicas inepias,
 Ex amne Gallo ego hunc opinor ebrium.

Ergo ex Britanno ut Gallus esse nititur,
 Sic dñ iubete, siat ex Gallo capus.
IN NICOLAVM MA-
lum medicum.
 Nunc video hanc rerum tantum, sed & ipsa virorū
 Nomina, non temere, sed ratione dari.
 Nicolaus nomen medici est, qui iconuenit inquis,
 Hoc potius nomen debuit esse ducis.
 Dux populos armis vincit, sed & iste venenis,
 Et populum, & foris sternit ubique duces.
 Sepe ducem bello repetunt, his nemo rebellat
 Haec medico, vero est nomine Nicolaus.
IN IMAGINEM ELEGAN-
tem, sed deformissimi.
 Ifsam iudice me Venerem superabat Apellis,
 Hac tua qua visa es super imago mibi.
 Pictor in hanc omnes vnam consumperat artes,
 Spectari bac vna quid valuit, veluit.
 Qualis in ore decor, qui nasus, qualia labra,
 O quales oculi, qualis ubiq; color.
 Tam fuit ex omni longe pulcherrima parte,
 Quam fuit à nulla parte tibi similis.
IN IMAGINEM DISSIMILEM
 Nuper ut ingredior pictoris forte tabernam,
 Effigies oculis est tua visa meis.
 Ex te dum pictor sic exprimat omnia, vultum
 Immotum credo te tenuisse diu.
 Sic te totum inspecta refert: intelligo cuia est,
 Protinus ut piector retrahit esse tuam.
IN PARCVM MORIENTE M
 Chrysatus heu moritur diues, dolet, ingemit, vnguæ
 Nemo magis tristi peccore fata tutit.
 Non quoniam ipse perit, cui nil se vultus ipso est,
 Sed nummi pereunt quatuor in rurulum.
IN GRAMMATICVM PVTIDVM
 Quum mihi grammaticus mente subit Heliodorus,
 Nostra Solcismos illico lingua timet.
IN PROGNOSTEN RIDICVLUM
 Hoc anno in regno rex nobilis ille quiescat
 Gallorum, celeber scripsit, astrologus.
 Rex ubi vix cepto vita defungitur anno.
 Iam nil se vates quo tueatur, habet.
 Rem quidem prorsum caput defendere, verum est
 Augurium, rex iam nonne quieuit? ait.
 Latius hoc verbum prorepit, & vndig, ridens
 Id populus, rex iam nonne quieuit? ait.
 Audit ut in populo hoc vates, iam serio verum est
 Augurium, rex iam nonne quieuit? ait.
IN VEHEMENTER NASV-
tum, E Græco.
 Nunquam Procle manu nares emungere possis,
 Nam tua nare manus, magna licet, minor est.
 Quando louē in clamans sternutans, quippe nec audis
 Tam procul ab nasus prominet aure tuus.
IN POETAM FVRIOSVM
 Sunt etiam in Musis furia, quibus ipse poëta

THOMÆ MORI

Fis, per quas temere carmina multa facis.
 Ergo age plurima scribe precor, tibi nempe furorem
 Non ego maiorem quem precer inuenio.
I N P E R P V S I L L V M, E G R A E C O.
 Grus ne terapiat Pygmeo sanguine gaudens,
 Si sapias, media tutus in urbe mane.
N E G L I G E N D O S V V L G I R V M O-
 res, E Græco.
 Tu te ipsum oblectes, & vulgi verba loquacis
 Sperne, bene hic de te dicet, & ille male.
I N F A T V V M, E G R A E C O.
 Quem mordent pulices extinguit Morio lychnon.
 Non me, inquit, cernent amplius hi pulices.
D E S O M N O, E G R A E C O, S E N-
 tentia Aristotelis.
 Fermè dimidium vita, dormitur, in illo
 AEquales spacio diues, in opere, iacent.
 Ergo Cræse tibi regum ditisime, vita
 Fermè dimidio par erat Iris egns.
A L I V D.
 Non es dum in somno es, dum nec te vivere sentis,
 Felix, at somnus noster veniat, miser es.
 Qui felix igitur forte indulgentie superbit,
 Inflatusque, letui prosperitate tumet.
 Nox quoties venit, aut tories iam definit esse
 Felix, aut tories incipit esse miser.
Q V I D I N T E R T Y R A N N V M
 & principem.
 Legitimus immanisimis
 Rex hoc tyrannis interest.
 Seruos tyrannus quos regit,
 Rex liberos putat suos.
S O L L I C I T A M E S S E T Y R A N-
 ni vitam.
 Magna diem magnis exhaustit cura tyrannis,
 nocte venit requies, si tamen villa venit.
 Nec tamen hi pluma requiescunt mollius villa,
 In dura pauper quam requiescit humo.
 Ergo tyranne tibi haec pars felicissima vita est,
 In qua mendico par tamen esse velis.
B O N V M P R I N C I P E M E S S E
 Patrem, non Dominum,
 Iambicum.
 Princeps pius nunquam carebit liberis,
 Totius est regni pater.
 Princeps abundat ergo felicissimus
 Tet liberis, quot ciuibus.
D E B O N O R E G E E T
 populo.
 Totum est unus homo regnum, idque coharet amore,
 Rex caput est, populus cetera membra facit.
 Rex quot habet ciues (dolet ergo perdere quenquam)
 Tot numerat parteis corporis ipse sum.
 Exponit populus se pro rege, putatque
 Quilibet hunc proprij corporis esse caput.
B O N A N Q U O D C O G N O S C I N L

si dum amittuntur.
 Perdendo bona nostra ferè cognoscimus omnes.
 Dum possidemus, spernimus.
 Sic populo quoque sepe malus, sed sero benignum
 Commendat heres principem.
T Y R A N N V M I N S O M N O N I
 hil differre à Plebeio.
 Erigit ergo tuas insane superbia cristas,
 Quod flexo curuat se tibi turba gena.
 Quod populus nudo surgat tibi vertice, quod sit
 Multorum in manibus vita, morsque, tuus.
 At somnus quoties artus adstringit inertes,
 Hæc tua iam toties gloria dic ubi sit?
 Tunc ignave iaces truncus non impar inani,
 Aut paulo functus ante cadaveribus.
 Quod nisi conclusus timide intra recta lateres,
 In cuiusque foret iam tua vita manu.
D E P R I N C I P E B O-
 no & malo.
 Quid bonus est princeps, canis est, custos gregis, inde
 Qui fugat ore lupos: quid malus? ipse lupus.
I N F V R E M E T P A T R O N V M.
 Dum furti metuit damnari Clepticus, amplio
 Non sine consuluit munere causidicum,
 Sic ubi sepe duusque immensa volumina voluit,
 Spero, ait, effugies Cleptice, si fugias.
I N A S T R O L O G V M Q V I F A-
 etum prædictum, E Græco.
 Sæpe patri frater quod debuit esse superstes,
 Hoc velut uno omnes astrologi ore canunt.
 Ast Hermoclides obitum pre patre solus
 Dixit, sed dixit postquam obiisse videt.
I N H V I V S V I T A E
 vanitatem.
 Damnati ac morituri in terra claudimur omnes
 Carcere, in hoc mortem carcere nemo fugit.
 Carceris in multas describitur area partes,
 Inque alijs alijs partibus adificant.
 Non aliter quam de regno de carcere certant,
 In cœlo cupidus carcere condit opes.
 Carcere obambulat hic vagus, hic vincitur in antro
 Hic seruit, regit hic, hic canit, ille gemit.
 Iam quoque dum carcer non tanquam carcer amaturs,
 Hinc alijs alijs mortibus extrahimur.
R E G E M N O N S A T E L L I T I V M,
 sed virtus reddit
 tutum.
 Non timor iniurias, non alta palliat a regem,
 Non compilata plebe tueruntur opes,
 Non rigidus vili mercabilis ære satelles,
 Qui sic alterius fieri, ut huius erat.
 Tutus erit, populum qui sic regit, vtiliorum
 Ut populus nullum censeat esse sibi.
P O P V L V S C O N S E N T I E N S R E G-
 num dat & aufert.
 Quicunque multis vir viris unus praefest,

Hoc debet his quibus praest.
Praeesse debet nequitam diutius
Hi quam volent quibus praest.
Quid impotentes principes superbunt?
Quod imperant precario?

IN PERPVSI LLLVM.

E Græco.

Ex atomis Epicurus totum fabricat orbem.
Alchime, dum nihil his creditit esse ministrum,
Ex te fecisset si tum Diophante fuisses,
Nempe atomis multo es tu Diophante minor.
Aut forte ex atomis iam cetera scriberet esse,
Ait ipsas ex te scriberet esse atomos.

IN AMOREM CASTVM ET
inceustum. E Græco.

Hi duo detraxere duos incestus & almus,
Dū contra occurunt, hinc amor, inde pudor.
Phedram amor Hippolyti consumperat igneus ipsum
Interimitq; sacer prob pudor Hippolitum.
IN VRBEM ROMAM.

E Græco.

Gradui genus Hector ave, si quid sub humo audis,
Respira, & patrie nomine cresce tue.
Hos vrbis colitur, nunc inclita, gens colit illam,
Quam tu Marte minor, Martis amica tamē.
Mirmydones periere, ades & dic Hector Achilli,
Esse sub Aeneadis vndiq; Thessalam.

DE MEDIOCIRITATE.

E Græco.

Ingratu est quicquid nimis est, sic semper amarū est,
Ut verbū vetus est, mel quoq; si nimium est.
IN VEHEMENTER INFELI-

cem. E Græco.

Nunquam vixisti o pauper, nunquam morieris.
Nempe miser visus vivere mortuus es.
At quibus immensa est fortuna, pecunia multa,
His vita finem mors aliquando facit.
IN PYTHAGORAE ECHEMYS-
thiam. E Græco.

Rebus in humanis magna est doctrina tacete,
Testis erit sapiens hic mihi Pythagoras.

Nempe loqui doctus, reliquos docet ille tacere.

Magnū hoc ad requie pharmacon inuenies.

RIDICULVM IN

Gelliam.

Quid modo seclorum miremur monstrum priorum,
Quod loquitur taurus, quod cadit imbre lapis
Monstra antiqua nouum superat, surrexerat ecce
Ante tenebrosum Gellia vesper heri.
plus dicturus eram, nisi me ridere putares,
Surrexit medianum sed tamen ante diem,
Mira licet sepe illa tamen videre priores,
Sepe potest forsitan cernere posteritas,
Istud at hesternam nemo vnguam viderat ante,
Et post hanc poterit nemo videre diem.
IN PALLADEM, VENE-

remq; E Græco.

Cur ita me ledis Venerem Tritonia virgo,

Corripis in digitos cur mea dona tuos?

Sicilicet Ideis memor esto in rupibus olim.

Me non te pulchram censuit esse Paris.

Hasta tua est, ensisq; tuus, mihi vendico malum.

Mars modo sit malo pristinus ille satis.

VITAM HOMINI S

esse nihil.

Nos tenuem strictis spirantes aera fibris,

Viuimus & Phœbi lampada conspicimus.

Quotquot viuimus hic sumus omnes organa, queq;

Viuiscis animat flatibus aura leuis,

Quot tua si tenuem restringat palma vaporem

Eripiens animam miseras vsq; stygem.

Sic sumus ergo nihil. Plutoni pascimur omnes,

E flatu minimo nos leuis aura fuet.

IN PVGIONEM EBETEM

ebetis. E Græco.

Plumbeus hic mucro tuus est obtusus, ebescit,

Mucro aciem ingenij fert tuus iste tui.

DE GLORIA ET POPVL

iudicio.

Maxima pars hominum fama sibi plaudit inanis.

Atq; leuis vento fertur in astra leui.

Quid populi tibi voce placet? sepe optima cœcum

Dat vicio, & temere deteriora probat.

Sollicitus pendas alieno semper ab ore.

Ne laudem cerdo quam dedit, eripiat.

Fors tamen irridet quo tu laudante superbis.

Ex animo laudet, laus tamen illa fugit.

Quid tibi fama facit? toto lauderis ab orbe,

Articulus doleat, quid tibi fama facit?

RIDICULVM IN

ministrum.

Muscas e cratero tulit coniua priusquam

Ipse bibit, reddit rursus ut ipse bibit.

Addidit & causam, muscas ego non amo, dixit,

Sed tamen e vobis nescio num quis amet.

DE CANE VENANTE.

Os canis implet anas alium capturus hiabat,

Non capit, at quam iam ceperat ore fugit.

Sic miser interea dum rem captas alienam,

Sapient & merito perdis auare tuam.

CANIS IN PRAESEPI,

auarus homo!

In praesepe canis feno nec vescitur ipse,

Nec finit ut fanum qui cupit edat equus.

Seruat auarus opes, opibus non vitetur ipse,

Atque alios vti qui cupiunt, prohibet.

IN ORESTEM PARANTEM

occidere matrem.

Quā gladiū intrudes? per ventrēmne, anne papillas?

Te peperit venter, te lactauere papille,

QVID PAVCIS ORAN-

dus Deus.

THOMÆ MORI

*Da bona siue rogere Deus, seu nulla rogere,
Et procul à nobis mala queq; potentibus aufer,
Et mala siue petare nega, seu nulla petare.*

I N D I G A M O S, E G R A E C O.
*Qui capit vxorem defunctā vxore secundam,
Naufragus in tumido bis natat ille fredo.*

I N F A T V M, E G R A E C O.
*Si ferris ferre & fer sin irasceris, & te
Læseris, & quod fert te feret, immo trahet.*

D E S O M N O AE Q V A N T E
*pauperem cum diuite.
Somne quies vita spes & solamen egenis,*

*Diuitibus noctū, quos facies esse pares.
Tristia demulcens lethæo pectora rore,*

*Excitus & sensum totius inde malū.
Latæ benignus opes inops per somnia mittis.*

*Quid falsas rideas ducas opes inops?
Diuitibus vera curas, tormenta, dolores,*

Pauperibus false gaudia vera ferunt.

I N D E F O R M E M E T I M P R O B V M
E Græco.

*Pingere difficile est animum, depingere corpus,
Hoc facile est, in te sunt tamen ambo, secus.*

*Nam prauos animi mores natura reuelans,
Fecit ut emineant vndeque perficui.*

*Sed forme portenta tua deiformia membra
Quis pingat? quando hæc cernere nemo velit?*

**I N C A P P A D O C E M VI-
rulentum. E Græco.**

*Vipperæ Cappadoce mordës mala protinus hausto
Tabifio perijt sanguine Cappadoci.*

I N S T A T V A M F E R R E A M.
E Græco.

*Effigiem statuere tibi rex perditor orbis
Ex ferro, ut longe virtus ære foret.*

*Hoc fecere famæ, cædes, furor, æris egestas,
Hæc tua, quis omnes perdit? auraria.*

V E R S V S I A M B I C I D I M E T R I B R A-
chycatalectic ad candidum, Qualis

vxor diligenda.

Iam tempus id petit

Monetq; Candide,

Vagis amoribus

Tandem renuncies,

Tandemque sinas

Incerta Cypridis

Sequi cubilia.

Querasq; virginem,

Quam rite iam tibi

Concorde vincias

Amore coniugem,

Quæ iam genus tuum,

Quo nihil beatus.

Fæcunda dulcibus

Natis adaugeat,

Pater tibi tuus.

*Hoc ante præstitis,
Quod à prioribus*

Prius reperis

Non absque fænore

Repende posteris.

Non sit tibi tamen

Hæc cura maxima

Spectare Candide

Quid dotis afferat,

Quam situe candida

Injirmus est amor,

Quem stultus impetus

Decore concitus

Parit, vel improbus

Ardor pecunie.

Quicunque amauerit

Propter pecuniam,

Amatur huic nibil

Præter pecuniam.

Captæ pecunia

Vanescit illico,

Item fugax amor,

Fereq; iam prius

Perit quam nascitur.

At nec pecunia,

Quam auarus antea

Miser cupuerat,

Iuuare postea

Quicquam potest, vob

Quam non amauerit

Inuitus, attamen

Omnino cogitur

Tenere coniugem.

Quid forma: nunquid hæc

Vel febre decidit?

Annisue deperit?

Vi sole flosculus

Tum desfluentibus

Genæ coloribus

Amor ligauerant

Quem hæc sola vincula

Solutus ausfigit.

At verus est amor,

Quem mente perficax.

Ratione consule

Prudens iniuerit.

Et quem bono omine

Virtutis inclita,

Quæ certa permanent

Non febre decidit,

Annisue deperit,

Respectus efficit.

Primum ergo quam voles

Amice ducere.

Quibus parentibus

Sit orta perficax.

Ut mater optimis
 Sit culta moribus,
 Cuius tenellula
 Mores puellula
 Infugat, exprimat.
 Tum qua sit indole,
 Quam ducis, hoc vide,
 Ut ore virginis
 In sit serenitas,
 Ab ore virginis
 Absit, tornitas:
 At rursus ut tamen
 Sit in genis pudoris
 Nec ore virginis
 In sit procacitas,
 Et sit quies, nec
 Cingat salacibus
 Viros lacertulis,
 Vultu modesta sit,
 Nec spectet vndeque
 Vagis ocellulis.
 Proculeque stulta sit
 Paruis labellulis
 Semper loquacitas.
 Procule, rusticum
 Semper silentium.
 Sit illa vel modo
 Instructa literis,
 Vel talis ut modo
 Sit apta literis.
 Felix, quibus bene
 Priscis ab optimis
 Posit libellulis
 Vitam beantia
 Haurire dogmata.
 Armata, cum quibus
 Nec illa prosperis
 Superba turgeat,
 Nec illa turbidis
 Misella lugeat
 Prostrata casibus,
 Iucunda sic erit
 Semper, nec vñquam erit
 Grauis, molesta
 Vitae comes tuae.
 Quae docta parvulos,
 Docebit & tuos
 Cum lacte literas
 Olim nepulos.
 Iam te iuuauerit
 Viros relinquere,
 Docte, coniugis
 Sinu quiescere.
 Dum grata te fuisse,
 Manu, mobili,
 Dum plectra personat,

Et voce qua nec est
 Progne sororcula
 Tue suauior.
 Amena cantilat,
 Apollo que velit
 Audire carmina.
 Iam te iuuauerit
 Sermone blandulò
 Docto tamen, dies
 Noctes, ducere.
 Notare verbula
 Mellita maximis
 Non absque gratijs
 Ab ore melleo
 Semper fluentia.
 Quibus cohercet,
 Si quando te leuet
 Inane gaudium.
 Quibus leuauerit,
 Si quando deprimat
 Te mæror anxius
 Certabit, in quibus
 Summa eloquentia,
 Iam cum omnium grauis
 Rerum scientia.
 Talem olim ego putem
 Et yatis Orphei
 Fuisse coniugem.
 Nec vñquam ab inferis
 Curasset improbo
 Labore fæminam
 Referre rusticam.
 Talemque credimus
 Nasonis inclitam,
 Quæ vel patrem queat
 Aequare carmine,
 Fuisse filiam.
 Talemque suspicor
 Qua nulla charior
 Vñquam fuit patri,
 Quo nemo doctior
 Fuisse Tulliam.
 Talisque, que tulit
 Gracchos duos, fuit,
 Quæ quos tulit, bonis
 Instruxit artibus.
 Hoc profuit minus
 Magistræ quam parens.
 Quid præca secula,
 Tandem reuolumus?
 Vicunque rusticum,
 Vnam tamen tenet
 Nostrumque virginem
 Tenet, sed vnicam,
 At sic ut vnicam
 Plerisque preferat,

THOMAS MORI

Cuique conferat
Ex his fuisse, que
Narrantur omnibus
Tot retro seculis,
Quae nunc & ultimam
Monet Britanniam
Perlat a penultis
Fame volucribus.
Laus atque gloria
Orbis puellula
Totius vnicia,
Ac non modo sua
Cassandra patrie.
Dic ergo candide,
Si talis & tibi
Puella nuberet,
Quales ego tibi
Supra recensui.
Desit licet queas
Formam requirere.
Dotisue quod parum
Lucrere conqueri,
Hic sermo verus est,
Quacunque sit satis
Est bella qua placet,
Nec quisquam habet magis,
Quam qui sibi satis
Quocunque habet, putat.
Sic nunc me amet mea,
Ut nihil ego tibi
Amice mentiar.
Cuicunque gratiam.
Forma negauerit
Natura virginis,
Certe licet siet
Carbone nigrior.
Foret tamen mibi hac
Virtutis indole
Olore pulchrior,
Cuicunque lubrica
Dotem negauerit
Fortuna virginis,
Certe siet licet
Vel iro egentior,
Foret tamen mibi hac
Virtutis indole
Te Cræse ditor.

RIDICULVM IN MINACEM

Thrasonis vxorem bubulcus rusticus
Absente eo vitiauerat.
Domum reuersus miles ut rem comperit,
Armatus & ferus insilit.
Tandem affecitus solum in agris rusticum.
Heus clamat heus heus Furcifer.
Restat bubulcus, saxaq; in sinum legit.
Ille ense stricto clamitat,

Tu coniugem meam attigisti carnifex?
Respondit imperterritus,
Feci, fateris, inquit? At ego omnes deos,
Deosq; testor o scelus,
In pectus hunc ensem tibi capulo tenus,
Ni saffus es, abderem.

DE MEDIOCITATE,

E Græco.

Agros ego hand porrectores appeto,
Non auream aut Gygis beatitudinem.
Quae sit satis sibi, vita sat eadem est mihi,
Illud nil nimis, nimis placet.

HECTOR MORIENS.

E Græco.

Projicitote meum Danai post fata cadauer,
Nam metuant leporis occisi membra leonis.

IN STVLTVM POETAM.

Scripserat Aeneam nulli pietate secundum,
Vates secundus nemini.

Quidam igitur regem dum vult laudare, Maronem

Pulchre amulatus scilicet,

Hic hic est, inquit, princeps, cui nemo secundus.
Hac laude rex indignus est,

Ipse sed est vates dignissimus, ergo age demus
Vtriq; laudem debitam.

Hic hic igitur vates, cui nemo secundus,
Rex qui secundus nemini.

IN QVENDAM QVI SCRIPSE-

rat hymnos de diuis parum docte, testatus

in Præfatione se ex tempore scrip-

sisse, nec seruasse leges carminū

& argumentum non reci-

pere eloquen-

tiam.

Hic sacer Andrea cunctos ex ordine fastos
Perstringit mira cum breuitate liber.

Ipsos quos cecinit superos dum scriberet omnes,

Credibile est vari consuluisse suo.

Nam subito scriptis, sed sic ut scribere posset,

Quantumvis longo tempore non melius.

Et pia materia est, priscisq; intactus ab ipsis

Seruatus fasto est huic operi iste stilus.

Seq; quod ad numeros non anxious obligat omnes,
Hoc quoq; non virtus, sed ratione facit.

Maiestas operis metro esse obnoxia non vult,

Nempe ibi libertas est, vbi spiritus est.

Ipsa operis pietas indocto sufficit. At tu

Castilio quisquis fonte bibisse soles,

Singula si trutines, erit hinc tibi tanta voluptas,

Quanta tibi ex alio non fuit ante libro.

IN STRATOPHONTA

Pugilem ignauum

E Græco.

Dux Ithacus, patria bis denos absuit annos,

Quum rediit, celeri cognitus vsq; canis est.

Te pugil o Stratophon, certantem quatuor horas,

Et canis

Et canis & populus dedidicere simul.
Quin etiam speculum de te si consulis ipse,
Iuratus Stratophonte Stratophonta neges.
IN PVGILÉM IGNAVVM.

E Græco.

Nesimus ecce pugil vatem consultat Olympum,
An ventura sibi sera fenecta foret.
Fors rude donatus viues ait ille, minatur
Certanti gelidus sed tibi falce Deus.

IN PARASITVM.

E Græco.

Stare putas stadio Eutichides quam curreret, at quā
Curreret ad cœnam nempe volare putas.
IN BIBONEM.

E Græco.

Serta, vnguenta, meo ne gratisicare sepulchro:
Vina, focus, lapidi sumptus inanis erit.
Hec mibi da viuo, cineres miscere Salerno,
Nempe lutum facere est, non dare vina mibi.
IN BIBONEM. E

Græco.

E terra genitus, sub terram morte recondar,
Ergo lagena mihi terra plena veni.
IN MVLIEREM FOEDAM.

E Græco.

Te speculum fallit, speculum nām Gellia verum
Si semel inspiceres, nunquā iterum inspiceres.
IN FOEDAM. E GRÆCO.

Fugierit ad Parthos, vel ad Herculis usq; colūnas
Visa semel, positis vestibus, Antipatra.
IN FOEDAM. E GRÆCO.

Qui miser vxorem deformem duxit, habebit
Vespere, iam accenso lumine, adhuc tenebras.
IN BARBATANTVM

Philosophum, E

Græco.

Si promissa facit sapientem barba, quid obstat
Barbatus posse quin caper esse Plato?
DE LICENTIA.

Vltra concessos indulta licentia fines
Prouehitur celeri, non revocanda gradu:
Si patiare pedem calcet tibi vespere conunx,
Calcabit surgens haec tibi mane, caput.
EPITAPHIVM ABTNGDO-

nij cantoris.

Attrahat huc oculos, aures attraxerat olim
Nobilis Henricus cantor Abyngdonius:
Vnus erat, nuper mira qui voce sonaret,
Organa qui scite tangeret, vnum erat:
Vellenis primo templi decus, inde sacellum
Rex illo voluit nobilitare suum.
Nec illū Regi rapuit Deus, intulit astris,
Ipsis vt noua sit gloria cœlitibus.
ALTERVM DE EODEM:
Hic iacet Henricus, semper pietatis amicus.
Nomē Abyngdō erat, si quis sua nomina querat.

Vuelliis hic ecclesia fuerat succendor in alma.
Regis & in bella cantor fuit ipse capella.
Millibus in milles cantor fuit optimus ille.
Prater & hec ista fuit optimus organista.
Nunc igitur Christe quoniam tibi seruūt iste
Semper in orbe soli, da sibi regna poli.

IN IANVM HÆREDDEM

Abyngdonij.

Scripti elegum carmen, lano me herede rogante,
Quod tumulum Henrici signet Abyngdonij.

Duplicet, & doctis bene duplicit, at illi

Duplicet hec tantum si quid mest melius.

Non resonant isti versus, ait, illico sensi

Quales latucas talia labra petant.

Ridendo ergo ridens effusio versus,

Hos vorat applaudens Ianus utrāq; manus.

Hos tumulo insculpit, sub eundem protinus obdi,

Atq; iſdem dignus versibus ipse legi.

Ante, retroq; bifrons Ianus deus omnia vidit.

Talpa effrons videt hic Ianus utrāq; nihil:

AD AVLICVM.

Sepe mibi tactas faciles ad principis aures

Liber, & arbitrio ludis vt ipse tuo.

Sic inter domitos sine noxa sepe leones

Luditur, ac noxa non sine sepe metu.

Infremitt incerta crebra indignatio causa.

Et subito mors est, qui modo ludus erat.

Tuta tibi non est, vt sit secura voluptas

Magna tibi est, mibi sit dumodo certa, minor.

IN TYNDALVM DEBITOREM.

Ante meos quam crediderat tibi Tyndale nummos

Quām libuit, licuit te mibi sepe frui.

At nunc si tibi me fors angulus offerat illus,

Haud secus ac viso, qui panet angue, fugis.

Nō fuit vnquā animus mibi crede reposcere nūmos;

Non fuit, at ne te perdere cogar, erit.

Perdere te saluo nummos volo, perdere vtrūq;

Nolo, sat alterutrum sit perisse mibi.

Ergo tibi nummis, aut te mibi redde, retentis.

Aut tu cum nummis te mibi redde meis.

Quod tibi si neutrum placeat, nummi mibi saltēti

Fac redeant, at tu non redire. Vale.

IN MENDICVM GERENTEM

se pro medico.

Tu te fers medicum, nos te plus esse statimur.

Vna tibi plus est litera, quām medico.

IN VXOREM IMPVIDICAM

Est secunda mei facunda est vxor Arati,

Nempe suo genuit ter sine feta viro.

IN PERPVILLVM. E GRÆCO:

Vt fugeret misera Diophantus tœdia vita,

Vsus Arachaneo est stanine, pro laqueo.

IN CHRYSALVM.

Chrysalus in sylvis loculos quum conderet, hecit.

Certa loci possent, qua sibi signa capi.

At super vt summa raucum videt arbore edruum,

E iiij Hic mib;

THOMÆ MORI

Hic mibi conspicua est, inquit, abitq; nota.
Capti sola scopi redeuntem copia lusit,
Nam sua iam in quanis arbore signa videt.

IN ASTROLOGVM.

Dum tua quos noster celebrat pro vatibus error,
Fata crient positu syderis Astrologi,
Hec dum stella fauet, dumq; hac tibi stella minatur
Pendula mens inter spemq; metuq; tua est.
Prospera seu ventient, venient reticentibus illis,
Affolet & subitum letius esse bonum.
Seu venient aduersa, diu nescire iuuabit.
Vsiura & medij temporis vsq; frui.
Quin iubeo fatis etiam prohibitibus ipfis
Fac tibi mens hilares transfigat aqua dies.

IN GRVCE DIGNVM.

E Græco.

Mastaur con elementa tibi duo subtrahē prima,
Nemo te reliquis dignior eſe potest.

EPITAPHIVM. E GRÆCO
Quatuor hic tumulus fratres complectitur, ex his
Prob dolor vna duos lux parit, ac perimit.

E GRÆCO.

Fortis erat bello Timocritus, hic iacet ergo,
Fortibus haud parcis Mars fere, sed timidis.

E GRÆCO.

Ista Neoclida gnatos habet vna gemellos,
Seruitio hic patriam liberat, hic virtio.

AD QVENDAM CVI

vxor mala domi.

Vxor amice tibi eſt semper mala, qui male tractas
Fit peior, sed fit pefima, quando bene.
Sed bona si moriatur erit, melior tamen id si
Te faciat viuo, ast optima si propere.

DE NAVTIS EIICIENTIBVS

Monachum in tempestate, cui
fuerant confessi.

Cum tumida horisonis insurgeret vnda procellis,
Et maris in lassam ferueret ira ratem,
Relligo tumidis illabitor anxia nautis,
Heu parat exclamant hoc mala vita malum

Vectores inter Monachus fuit, huius in aurem
Se properant vitis exonerare suis.

Ast vbi senserunt nibilo sibi mitius aequor,
Sed rapido puppim vias supereſe freto,
Quid miri eſt, ait vnius, aqua si via ratis extat,

Noslrorum scelerum pondere adhuc premitur
Qui monachū huc, in que culpas exhaufim⁹ omneis

Ejcite, & secum hinc crimina nostra ferat.

Dicta probant, rapiuntq; virū, simul in mare torquēt.
Et lintrem leuius quam prius iſſe ferunt.

Hinc hinc quam gravis eſt peccati sarcina, disce,
Cuius non potuit pondera ferre ratis.

AD CANDIDVM PARO-

chum vitæ probæ.

Factus es o populi pastor mi Candide magni,
Ter tibi, terq; tuo gratulor ergo gregi.

*Aut mibi iudicium minuit fauor, aut tuus vsquam
Non potuit talem grex habuisse patrem.*

*Non tibi vanarum eſt fastosa scientia rerum,
Quippe nec in populum eſt utilis illa tuum.*

At rare tibi sunt virtutes, ſic tibi raros

Patribus ex prieſtis credo fuſſe pares.

Quid faciant, fugiantur tui, quo cernere poſſint

Vita potest claro pro ſpeculo eſſe tua.

Tantū opus admonitu eſt, ut te intueatur, & vt tu

Que facis, hec fugiant, que fugis, hec facias.

E GRÆCO.

Nanfragus hac ſitus eſt, iacet illa ruficlus vna.

Ad Styga ſue ſolo par via, ſue ſalo.

IN POSTHVM V EPIS-

copum.

*Præſul es, & merito præfectus Posthume ſacris,
Quo magis in toto non erat orbe ſacer.*

*Gaudeo tam magnū, tam ſanctū gaudeo munus,
Tandem non temere nunc, velut ante dari.*

Nempe errare ſolet temerarius impetus, at te

Delectum magna ſedulitate paret,

Namq; vbi de multis tantummodo ſumitur vnuſ,

Sæpe malus caſu, pefimus arte venit.

At te, de multis legitur ſi millibus vnuſ,

Stultior haud poſſit, deteriorve legi.

DE BOLLANO.

Vrticis lectum Bollano vrentibus omnem

Inſternunt ſocij, quum cubitus erat.

Se tamen vrticis vſum negat, haud negat, illas

In tenebris nudum ſe reperiſſe tamen.

Vngibus aut igitur vitata carne neceſſe eſt,

Aut nudis tantum dentibus inciderint

Cum tamen in tenebris illeſus repperit herbas,

Vrticas qua nam repperit eſſe nota.

DE VVLPE ÆGROTA ET leone Apologus.

Dum iacet angusta vulpes agrota cauerna,

Ante fores blando conſtitore leo.

Ecquid amica vales? cito me lambente valebis,

Nefcis in lingua vis mibi quanta mea.

Lingua tibi medica eſt vulpes ait, at nocet illud

Vicinos quod habet tam bona lingua malos.

DE LEONE ET LYSIMACHO

Dum domitus placido leo lamberet ore magistrum,

Prouocat exemplo quemlibet ipſe ſuo.

Cumq; diu ex tanta prodiret nemo corona,

Proſiliit forti peccatore Lysimachus.

Ipſe, ait, audeo leoninam tangere linguam,

Sed tam vicinis dentibus haud faciam,

IN FABIANVM ASTROLOGVM

Vno multa die de rebus fata futuris,

Credula quum de te turba frequenter emat,

Inter multa vnum ſi fors mendacia verum eſt,

Illico vis vatem te Fabiane putem.

At tu de rebus ſemper mentire futuris.

Si potes hoc, vatem te Fabiane putem.

In Ia-

IN IACOBVM RE-
gem Scotorum.

Dum p̄is Henricus vītricibus afferit armis
Rhomano te iterā Gallia pontifici,
Scotorum Iacobus regnum rex ecce Britannum
Occupat, infelix impius agminibus.
Fœderā non illum toties iurata morantur.
Coniugis in frātēm quin serat arma sue.
Quin Gallo fidei comitem se adiungeret bosil,
Quin cupere Petri mergerit naūculam.
Nec mirum est scelerā h̄c si vir conceperit, insans
Cæde patris teneras imbuit ante manus.
Ergo volente D̄o perīt cum strage suorum.

Exitus & sceleram qui solet esse fuit.

IN REGEM SCOTIÆ, QVI
arcem Norhamam proditam sibi ta-
men oppugnauit, dissimu-
lans proditam esse:
Scote quid oppugnas Norhamam viribus arcem?
Ante tibi falsa proditione datam.
An fraudis pudet? at tam multis, & tot apertis
In vitis non est illa pudenda tuis.
Artibus ergo malis capta, fuit, arce voluptas
Magna tibi forsitan, sed brevis illa fuit.
Teq; ruisq; mala (merita sed) morte peremptis,
Arx intra est paucos capta, recepta dies.
Proditor inḡ, nō peteret cum prēmia regno,
Mors sceleri est merces redditā digna suo.
Proditor vt pereat, pereat, cui proditur, hostis.
Inuicta in fatis arx habet ista suis.

EPITAPHIVM IACOBI
Regis Scotorum.

Scotorum Iacobus princeps, regno hos̄is amico
Fortis & inselix hac ego condor humo.
Quanta animi fuerat, fidei vis tanta fuisset.
Cetera contigerant non inhonestia mibi.
Sed pudet heu iactare, queri piget, ergo tacebo.
Garrulaq; o vtinam fama tacere velis.
Vos tamen o reges moneo, rex nuper & ipse,
Ne sit (vt esse solet) nomen inane fides.

IN MALVM PICTOREM.
Exprimit egregia pictor mirabilis arte,
Dira canis pavit ansa vt fugit ora lepus.
Intima nature scrutatus viscera singit,
In cursu leporem retro metu aspicere.
Tam bene qui leporem fugientem expresserit, opto
Sit lepus, & fugiens ipse retro aspiciat.

IN EVNDEM.

Cum cane sic pictus lepus est, vt dicere nemo
Eset vt v̄terre canis posset, vt v̄terre lepus.
Pictor v̄bi hoc didicit, quod meriti desuit artis,
Suppleuit miro callidus ingenio.
Res vt aperta foret, longeq; faceſeret error,
Subſcripsit tantum, ei hic canis, iste lepus.

DE TYNDARO.

Non minimo insignem nāſo dum forte puellam
Basiat,

Basiat, en voluit Tyndarus esse dicax.
Frus̄ra ait ergo tuis mea profero labra tabellis,
Noſtra procul nāſus diffinet ora tuns.
Prolinus erubuit, tacitaq; incanduit ira,
Nempe parum ſalſo tacta puella ſale,
Nāſus ab ore meus tua ſi tenet oſcula, dixit,
Qua nāſus non eſt, bac dare parte potes.

IN BRIXIVM GERMANVM
falsa ſcribentem de Chordigera na-
ue Gallorum, & Herueo
eius duce.

Heruea dum celebras Brixii, tua carmina clammas.
Nā tibi ſcripta mala eſt res bene geſia ſidei.
Historiam ſpondes illa Germane poſi
Que modo quam nō ſit vera, nec hiſtoria eſt.
Aut odio incipiant, aut indulgere fauori,
Et quiſnam hiſtoria ſi modo credit, erit?
Iamq; nec ipſe tuus per te laudem Herueus v̄llam
Sublatā rērum poſit habere ſide.

IN EVNDEM DE EODEM
Herueo & eadem naue, qua in
pugna nauali con-
flagravit.

Brixius immerita quod ſuffulit Heruea laude,
Quod merito adnerfum fraudat honore duce.
Quod de chordigera mendacia mille carina,
Contra quam ſeſe res habuere, canat.
Non equidem miror, neque prauo falsa fauore,
Quod voluit prudens ſcribere, credo tamen.
Sed de chordigera, vatem qui vera doceret,
Quiāt adhuc reducem nemo reſerve pedem.

Ipſe tamen ſecret quo certius omnia dignus,
Qui media praefens naue fuſſet, erat.

VERVS EXCERPTI
Chordigera Brixij, ad quos al-
ludunt quādā epigram-
matica ſequentia.

Circumēant vnum dextra, leuaq; Britanni
Heruea, tela volant, brumali grandine plurā
In caput vniuers Heruei, quā fortiter heros
Excutiens clypeo, contraria in agmina verit.

POSTEA DE EADEM

Chordigera.

Ipſe ſuos Herueus comites hortatur, & inſtat,
Atq; inter primos audax magno impete in hostes
Inuehitur, ferit hos miſſo per tempora telo.
Transigit huic gladio coſtas, huic ilia nudat.
Decutit his caput, impačia per colla bipenni.
His latus, his humeros hafſa perſiringit acuta.

EPIGRAMMA MORI ALLUDENS
ad versus ſuperiores.

Quod ferit hos Herueus miſſo per tempora telo,
Iliaq; & coſtas transigit huic gladio.
Decutit his caput impačia per colla bipenni.
His humeros hafſa perſorat, atq; latus.

Tum clypeo aduersa quod tela volantia parte
E iiii Fortitie

THOMÆ MORI

*Fortiter excutiens unde volant, regerit.
Effugit hoc sensum, tot telis pugnet ut unus,
Isq; cui clypeo est altera onusta manus.
Fortis huic pugna rerum natura repugnat,
Præteritum quiddam est hac puto parte tibi.
Namq; ubi magnanimum produxeris Heruea, telis
Pugniantem pariter quatuor, & clypeo.
Forte tibi exciderat, sed debuit ante moneri
Lector, tunc Herueo quinque fuisse manus.*

A L I V D E E O D E M.
*Miraris clypeum, gladium, hastam, tela, bipennem,
Herueus quoque gerat belligeretq; modo.
Dextera crudeli manus est armata bipenni,
Instructa est gladio seu sinistra suo.
Iam telum, teliq; vicem que præbeat, hastans
Fortiter (impressis dentibus) ore tenet.
At quia tela caput brumali grandine plura
Inuolitant, clypeum collocat in capite.
Duritia capitis draco cesserit, vngue Celeno,
Sic elephas illi dentibus impar erat.
Ergo nouum aduersos monstrum procurrir in hostes,
Terribilis rictu, terribilisq; manu.*

H I C P R I M V S V E R S V S
*Brixij est, quo Heruea iam moriturum de se facit vaticinantem.
Inter Phœbeos non aspernandus alumnos
Heruei magna canit Brixius acta ducis.
Inter Phœbeos non aspernandus alumnos,
Herueum, hostes, socios, cōcremat atq; rates.
Inter Phœbeos non aspernandus alumnos,
Vnde igitur vates, que cecinit, didicit?
Inter Phœbeos non aspernandus alumnos,
Phœbeo reliquum est audiat ex tripode.*

I N E V N D E M V E R S V S
*Poëtarum suffrantem,
Priscos poëtas nemo te colit magis,
Legitve diligentius.
Nam nemo prisci è poëtis omnibus
Est, cuius ipse ex versibus,
Non hinc & inde flosculos, & gemmulas
Manu capaci legeris.
Vatem redonans tanto honore protinus,
Scriptis tuis vt inseras.
Beatisq; vatem: nempe qua tu congeris,
Suos parentes indicant,
Magisq; resplendent tua inter carmina,
Quam nocte lucent sydera.
Tantum decus vati inuidere nemini
Soles, amicus omnium,
Ne quis, decus prioris olim seculi,
Neglectus abs te defeat.
Ergo sacra ne poëtarum modi
Longo situ obsolecerent,
Iniuria tu vindicatos temporis
Nouo nitore percolis.
Hoc est vetustis arte nouitatem dare.*

*Qua re nihil felicius.
Ars ô beata, quisquis arte istibac tamen
Vetus nouit, atq; dabit.
Is arte nulla (quamlibet suster diu)
Nous vetustatem dabit.
A L L V S I O A D C E N O-
taphium Heruei.
Heruea cum Decijs vnum conserre duobus,
Aetas te Brixii iudice nostra potest.
Sed tamen hoc dicitant, illi quod sponte peribant.
Hic perit, quoniam non potuit fugere.
P H O E B V S B R I X I V M
alloquitur.
Vis de grandis omo quid sentio scire libello,
Qui arma necēg, Heruei bellipotētis habet?
Ergo sacer Phœbo sacra hac oracula vates
Accipe, Phœbo reddita de tripode.
Vna opere in toto deest syllaba, mille supersunt.
Plenum opus est, nā quid posset abesse minus? Men
Vna vno hac legitur, sed non legitur tibi mens,
Et plus quam medium syllaba mensis habet.*

A D S A B I N V M , C V I
vxor absentis concepit.
Subsidium vita, seræ spes vna senecte,
Nata tibi est soboles, curre Sabine domum.
Curre, salutanda est vxor secunda, videnda est.
Chara tibi soboles, curre Sabine domum.
Curre inquit, ac propera, nimiumq; videbere lensus,
Quantumvis properes, curre Sabine domum.
Iam queritur coniunx de te tua, iam tua de te
Conqueritur soboles, curre Sabine domum.
Numquā ingratius ades, neq; cū soboles tibi natia est,
Sed neq; cum genita est, curre Sabine domū.
Curre, vt adesse, puer sacro dum fonte lauatur,
Nunc saltē positis, curre Sabine domum.

A D C A N D I D V M L A V D A N-
tem sanctos viros, cum ipse
effet malus.
Sepe bonos laudas, imitaris Candide nunquam.
Laudo, inquit, posita Candidus inuidia.
Nam quicunq; bonos imitatur, & amulus idem est,
O lacte, ô niuibis Candide candidior.
Q V I S O P T I M V S R E I P V B . S T A T V S .
Queris vter melius, Rēxne imperet, anye Senatus;
Neuter (quod sepe est) si sit vterq; malus.
Si sit vterq; bonus, numero prestante Senatum,
Inq; bonis multis plus reor esse boni.
Difficile est numerum forsitan reperire honorum,
Sic facile est vnum sepius esse malum.
Et fuerit medius sepe inter vtrunque Senatus,
Sed tibi vix vnuquam Rex mediocris erit.
Consilioq; malus regitur meliore Senator,
Rex consultores sed regit ipse suos.
Alter vt eligitur populo, sic nascitur alter.
Sors hic ceca regit, certum ibi consilium.
Illegi, se factum populo, populum sibi factum
Scilicet

Scilicet hic, ut sint quos regat ipse putat.
Rex est in primo semper blandissimus anno,

Omni anno consul rex erit ergo nouus.

Rex cupidus longo populum coroscerit aeo,
Si consul malus est, spes melioris adest.

Nec me nota mouet que pastam fabula muscam
Ferre iubet, subeat ne male pransa locum.

Fallitur, expleri regem qui credit auarum,
Nunquam haec non vacua mittet birudo curē.

At patrum consulta grauius dissensio turbat,
Regi dissentit nemo, malum hoc grauius.

Nam quum de magnis varia est sententia rebus,
Questio sed tamen haec nascitur vnde tibi?

Estne vsquam populus, cui regem sive Senatum
Prefiscere arbitrio tu potes ipse tuo?

Si potes hoc, regnas. nec iam cui, consule, tradas
Imperium. prior est questio, an expeditat.

DE FVSCO POTORE.
Potando medicus perituros dixit ocellos
Fusco, qui cum se consuluissest, ait,

Perdere dulciss est potando, quam vt mea seruem
Erodenda pigris lumina vermiculis.

AD AMICVM.
Litera nostra tuis quantum nibi colligo scriptis,

Sera tibi veniet, nec tibi sera tamen.
Nec bello veniunt intempestiva peracto,

Quae bello poterant tela uiuare nihil.

DE REGE ET RVSTICO.
Rusticus in sylvis nutritus venit in urbem,

Rusticior Fauno, rusticior Satyro.
En populus plena stetit hinc, stetit inde platea,

Vnaq, vox tota, Rex venit, vrbe fuit.
Rusticus insolita vocis nouitate mouetur,

Quidnam ita respectet turba, videre cupit.
Rex subito inuebitur, celebri praeunte ceterua,

Aureus excelso confaciendus equo.
Tum vero ingeminant, viuat rex. vndiq; regem

Attornito populus suspicit ore suum.
Rusticus, o vbi rex? vbi rex est? clamat. at vnu,

Ille, att, est illo qui sedet altus equo.
Hiccine rex? puto me derides, rusticus inquit.

Ille mihi picta veste videtur homo.
IN EPISCO PVM ILLITERATVM.

De quo ante Epigramma est sub
nomine Posthumi.

Magne pater clamas, occidit litera, in ore
Hoc vnum, occidit litera, semper habes,

Canisti bene tu, ne te villa occidere posit
Littera, non villa est littera nota tibi.

Nec frustra metuis ne occidat litera, scis non
Viuisces qui te spiritus esse tibi.

DE SACERDOTE RIDICULAE AD
monente populum de ieunio,

cum dies iam praterisset.
Admonuit populum noster cum foris sacerdos,

Proxima quos fastos afferat hebdomada.

Martyris Andree magnum & memorabile festū est,
Scitis, ait, charus quam fuit ille Deo.

Squalida lasciuam macerent ieunia carnem,
Hoc suetum est, sancti hoc instituere patres.

Premoneo ergo omnes, in martyris huius honorem,
Quod ieunari debuit, inquit, heri.

DE QVODAM M A L E C A N-
tante, & bene legente.

Tam male cantasti, possis vt episcopus esse.

Tam bene legisti, vt non tamen esse queas.

Non satis esse puto, si quis vitabit vtrumque.

Sed fieri si vis praeful, vtrunque caue.

AD SABINVM.

Quos ante coniux quattuor
Natōs Sabine protulit,

Multum ecce dis̄similes tibi,
Tuos nec ipse deputas.

Sed quem tibi puerulum
Enixa iam nuperrime est,

Solum tibi simillimum

Pro quattuor complectaris.

Adulterinos quattuor
Vocas, repellis, abdicas,

Hunc vnicum ceu γνότος
Qui sit tibi heres, destinat.

Hunc ergo in vlnis gestiens,

Exosculandum ab omnibus,

Vt filium fert simia,

Totam per urbem baiulas,

Alqui graues tradunt Sophi,

Quibus labor studiumq; id est,

Secreta quicquid efficit

Natura perscrutari.

Ergo graues tradunt Sophi,

Quodcunque matres interim

Imaginantur fortiter,

Dum liberis datur opera,

Eius latenter & notas,

Certas & indelebileis,

Modoq; inexplicabili

In semen ipsum congeri.

Quibus receptis intime,

Simulq; concrecentibus

A mente matris insitam

Natus resert imaginem.

Quum tot abesse millibus,

Dum gignit vxor quatuor.

Quod esset admodum tui.

Secura, dis̄similes parit.

Sed vnu omnium hic puer

Tui resert imaginem,

Quod mater, hunc dum concipit,

Sollicita de te plurimum,

Te tota cogitauerat,

Dum pertimescit anxia,

Ne tu Sabine incommodus

THOMÆ MORI

*Vetutus lupus in fabulam
Superuenirens interim.*

DE PRINCIPE ET rustico selando, ridiculum.

*Quem spectaret aquas princeps, in ponte resedit,
Primoreque suos ante stetere pedes,
Rusticus ad seddit, modico tamen interuallo,
Cinilemque dato se putat esse loco.
Suscitat huc quidam, & cum principe, dixit, eodem
Ponte sedere audes rustice? non ne pudet?
Ille refert, scelus est in eodem ponte sedere?
Quid si pons longus militia dena foret?*

DE AVLICO RIDICULVM.

*Quum descendit equo, de circumstantibus vni
Aulicus huc teneatis quisquis es, inquit, equum.
Ille, vt erat parvus, dixit, domine ergo ferocem
Hunc rogo qui teneat, suffici vnuis, equum?
Vnus ait potis est retinere, subintulit ille.
Si potis est vnuis, tu potes ipse tuum.*

IN MILITEM FUGA- cem & anulatum.

*Aureus iste manus miles cur annulus ornat,
Iure tuos ornet qui meliore pedes?
Vilior nuper, meliorque in Marte feroci
Planta tibi palmis vna duabus erat.*

IN BRIXIVM POETAM.

*Brixii tale tuo natum est enigma libello,
A Sphinge opponi posuit ut Oedipodi.*

*Cordigera est tibi tota freques, tibi no tamen usq; est
Cordigera in toto syllaba prima libro.*

IN TVSCVM POTOREM.

*Perdis ait Tusco medicus tua lumina vino,
Consultat secum quid velit ergo sequi.*

*Sydera, terra, stremusq; solent quacunque videri,
Omnia sunt inquit visa reuisa mibi.*

*Multa mibi sed vina tamen gustanda supersunt,
Mult a refert annus qui noua musta nouis.
Iam certus, firmusq; valebitis inquit ocelli,
Nempe satis vidi, non satis usq; bibi.*

IN ARNUM PERIVRVM.

*Iurasti satis Arne diu, tandem obtinuisti,
Iurare ut post hac iam tibi non sit opus.*

*Cœpit ubiq; tuo vir iuratisime verbo
Quam iuramento non minor esse fides.*

IN EVNDEM.

*Te semper iuras, & cunctis Arne minaris,
Vnus scire vititas qua venit inde tibi?
Sic iuras, vt nemo tibi iam deriq; credat,
Sic minitaris, vt has nemo minas metuat.*

IN EVNDEM.

*Arno nemo magis pedibus valet usq; sed olim
Frigore contractas perdidit ille manus.
Optat bella tamen, cui pes citus, vtraq; manca est
Cui manus, in bello, scis puto, quid faciet.
At cui lingua procax, manus est ignava, procax est
Huic non ignava lingua secunda manu.*

DE MARVLO.

*Admonuit medicus lippum Theodore Marvillum,
Ne vinum (cæcus ni velit esse) bibat.*

*Pareat vt medico (quanquam ægre) abflemitus esse,
Ecce duos totos suslinet usque dies.*

*Post sitit assueti reuocatus imagine vini,
Iamq; foras medico vera minante ruit.*

*Ventum erat ad vinum, quum sic sua lumina moestus
Affatur, postio i. m peritura mero.*

Huc iter est, hic me sibi duxistis ocelli.

*Hunc bibite, & dulces ambo valete duces.
Gustus, odorique, manent, miratur abire colore,*

*In nigras subeunt lumina dum tenebras.
Hoc tamen aduersum lenit solamine casum,*

Dote meri minima quod cariturus erat.

IN RISCV M EQVITEM

Imbellem.

*Riscus eques prudens, longoq; peritus ab ysu,
Dissimiles, causa non sine, pascit equos.*

Namque alit ille duos, volucrem præuerterit alter,

Alter sed pigro, pigrior est Asno.

*Hic ergo non festinantem ad prælia desert,
Ille prius tuba quam clangerit, inde refert.*

IN GELLIAM.

*Mentitur qui te dicit mea Gellia fuscam,
Iudice me non es Gellia fusca, nigra es.*

IN EANDEM.

*Candida sum dicis, fateor, sed candida quum sis,
Cur tibi candorem hunc obtegit atra cutis?*

IN EVPARYPHVM

*veste, oppignerato fundo,
empta.*

*Non miror sudare tue te pondere vestis,
Quatuor bæc terræ iugera vestis habet.*

*Quantum viuenti tibi terra ingesseris usquam
Tam magnum tumulu, nec tumulatus habet.*

IN CAREMANVM VEN- ditis agris pauperem.

*En patrios nuper Garemanus vendidit agros,
Nunc subito fama viuere fertur inops.*

*Non illi ingenium, non illi industria defit,
Verum inimica viro fatal, nocere putat.*

*Nam putres fulvo glebas mutauerat auro
Callidus, & nunquam rem tamen ille facit.*

AD SABINV M.

*Interiere due, coniunx tibi tertia nupsit,
Nec tibi fida tamen de tribus villa fuit.*

*Non tantum ergo tuas, sed damnas improbe totum
Fæmineum irata mente Sabine genus.*

*Si tamen hanc aqua rem vis expendere lance,
Fies erga ipsas mitior ipse tuas.*

*Nam tres quum fuerint iſdem tibi moribus omnes,
Astra hac nascenti fata dedere tibi.*

*Si genesis tua te semper iubet esse cucullum,
Scilicet expectas vxor ut astra regat?*

Castla futura alijs fuerat, quod adultera tecum est.

Hoc

Hoc merito fatis imputat illa tuis.
IN NAVFRAGVM MOR-
 sum à vipera in littore.
 è Græco.

Aequoris insanas euasit naufragus vndae,
 Tristius Afra salo prebet barena solum.
 Dum iacet ecce graui pressus prope littora somno,
 Nudus, & infesto fessus abusque frero,
 Vipera trux perimit, frustra fugis aquora frustra,
 Heu miser, in terris debita fata tibi.

DE CHIRVRGO ET ANV.
 Vinxit anus agros velans Chirurgus ocellos,
 Vile persuadens hoc fore quinque dies.
 Inter ea mappas, pelues, mortaria, discos,
 Quicquid onus tutum non facit, inde rapit.
 Quum sanata oculos circumult illa reuictos,
 Instrumenta sue sentit abesse domus.
 Mercedem ergo exacta, tua contingeret inquit
 Vberior pactum est, ut mihi visus ope.
 At video nūc q[uod] ante minus, quo sum usus in ade est,
 Vidi multa prius, nunc video inde nihil.

AD QVENDAM.
 Quam tibi mens leuis est, tibi si pes tam leuis esset,
 In m. dio leporem posse præuertere campo.
DE HERODE ET HERODIADE.
 Coram Herode Herodiadas dum filia saltat,
 Dum quo debuerat disflicuisse placet,
 Ebrius affectu rex coniugis, ebrius illo
 Fortuna luxu, prætereag̃ mero.
 Opta ait ô virgo, dabitur, iurauimus, huius
 Dimidium regni poscere si libeat.
 Impia suggestu scelerata filia matris,
 Inquit, Baptiste da precor ergo caput.
 Dona petis virgo (si saltatricula virgo est)
 Quæ vix sustineas cernere dona petis.
 O funesta parens, ô nata dira nouerca,
 Saltare atque homines quam iugulare doces,
 Rex dolet, & tristis concedit. nempe coactus
 Iurisfundi religione sui.
 O regem fidum, sed tunc tantummodo fidum,
 Maius persidia est quum scelus ipsa fides.

AD QVENDAM EBRIOSVM.
 Tecum in colloquium quod non properantius iui
 Segniciem incusas, conquererisq[ue] meam,
 Confitor vere, tibi non in tempore veni,
 Senior, aut citior debuit hora legi.
 Aut vitam eiusdem venisse mane diei,
 Aut tibi venisse mane sequente die.

Nunc res luce nimis tractari cœpit adulta,
 Quando tua factum est ebrietate nihil.
IN PICTVRAM HE-
 rodianæ mensæ.
 Sanguine funesta est Herodis mensa virili,
 Sanguine funesta est, mensaq[ue] Flaminij.
 Tam similes cedes, similes fecere puelle,
 Illam saltatrix obtinet, hanc meretrice.

Id tamen intererat, meretrici vita nocentis,
 At saltatrix penditur innocui.
IN EANDEM PICTVRAM.
 Ora viri fædo sancti fluitania tabo,
 Decussumq[ue] gerit regia mensa caput.
 Corpora sic regi rex, Atreus ambo Thyestis
 Natorum apposuit frater edenda patri.
 Sic regi Odrysio natum regina peremptum
 Fida soror, genitrix perfida ponit Itim,
 Talia regales ornant bellaria mensa.
 Crede mihi non est pauperis iste cibus.
IN VEHEMENTER NA-
 futum, è Græco.

Si tuus ad solem statuatur nasus, hiante
 Ore, bene ostendas dentibus, hora quora est.
IN FVCATVM. E GRÆCO.
 Quor emitur fucus, coma, dens, mel, ceraq[ue], posset
 Quum persona tibi tota minoris emi?
IN HISTRIONEM,

è Græco.
 Cetera ad historiam, quiddam tamē, id quoq[ue] magnum
 Iam tibi saltatum contra erat historiam.
 Dum Nioben ageres, slabas tanquam lapis essem,
 Quum sires Ganapeus, ecce repente cadis.
 At Canacem gladio referens, quum virtus abiisti,
 Hoc tibi saltatum contra erat historiam.

IN HISTRIONEM
 è Græco.
 Saltauit Nioben, saltauit Daphnida Memphis
 Ligneus vt Daphnen, saxeus vt Nioben.
IN EBRIOS.

è Græco.
 Vesperi quum bibimus homines sumus, atq[ue] benigni
 Mane homini siccus trux, sera surgit homo.
IN ANDREAM IN
 mare vomentem.
 Gratius es Andrea, dignusq[ue] cui bene fiat.
 Nam pisces toties qui te pauere, repascis.
DE EODEM.
 Aequoris edisti pisces, irascitur equor.
 Eg̃ tuo fatus exigit ore suos.

AD GALLVM SVBLEGEN-
 tem veterum carmina.
 Vatibus idem animuſq[ue], & vere spiritus idem,
 Qui fuit antiquis, est modo Galle tibi.
 Carmina namq[ue] eadem, versuſq[ue] frequenter eosdem,
 Quos fecere illi, tu quoque Galle facis.

IN SCVRRAM PAVPEREM.
 Scurra ubi iam fures totam sibi nocte videret
 Scrutanteis magna sedulitate domum,
 Risiſt, & ô media quid vos hic nocte videtis
 Miror, ait, media nil ego cerno die.
DE SOLLICITA PO-
 tentum vita.

Semper habet miser as immensa potentia caras,
 Anxia perpetuis sollicitudinibus.

THOMÆ MORI

Non prædit, multis nisi circumseptus ab armis,
Non nisi gustato vescitur ante cibo.
Tutamenta quidē sunt hec, tamen hec male tutum
Illum, aliter tutus qui nequit esse, docent
Nempe satellitum, metuendos admonet enses,
Toxica pregaſtans esse timenda docet.
Ergo timore locus quisnam vacat hic? vii gignunt,
Hæc eadem pellunt, que metuenda metum.

Non tanien extremis absque utriusq; malis.
Te capit Henricus, capit & sine sanguine, princeps
Magno tam maior Cesare quam melior.
Sensit honorificum sibi rex capisse, tibiq;
Vile sensisti non minus ipsa capi.

DE FEBRICITANTE ET Medico bibaci.

Febre laboraret mihi quum puer Hemitritæo,
Forte ibi Sauromata posco medentis opem.
Sensit vt admoto salientem pollice venam,
Fortis, ait, calor est, sed calor ille cadet.
Flagitat ergo cyphū, fundumq; exhaustus ad imum,
Quantum nec Bitias ebibitus erat,
Haurit, ad aqualeis agrotum provocat haustus.
Et facere hoc temere ne videatur, ait,
Aestuat hic valde, valde bibat ergo necesse est,
Non paruo obruitur magna liquore pyra.

DE HESPERO CONFIDENTE.

Ex more sacro dum sacerdoti Hesperus
Commissa fassus expiatet crimina,
Explorat huius ille conscientiam,
Et cautus omne examinat scelerum genus,
Interj; multa querit, an unquam malos
Ritu prophano crediderat in demonas.
Vah ego credam in demones, inquit, pater?
Multo labore vix adhuc credo in Deum.

DE OCCASIONE DEO. E Græco.

Vnde erat hic plastes? Sicyonius. at quis erat, dic.
Lycippus. tu quis? tempus ego omne domans.
Cur summis instas digitis? roto semper. at alas
Cur pedibus gestas? vt leuis aura feror.
At dextram cur armat acuta nouacula signū est?
Quod conserri acies non potis ullā mihi est.
Cur coma frōte iacet? quod qui me prendere capiat?
Preneniat calum est cur tibi retro caput?
Quod postq; leuibus præcepis effugero pennis,
Nil ager a tergo qui renocare volet.
Vnde igitur posses documentum sumere, talem
Artificis posuit me tibi docta manus.

DE PHYLlide ET PRISCO impariter amantibus.

Clam Phyllis cupido bene nubet candida Prisco,
Quam bene spumanti vitrea lympha mero.
Phyllida Priscus amat calido feruentius igne,
Frigidius gelida Priscus amatur aqua.
Iungetur tuto, nam si simul ardeat illa,
Sustineat flamas que domus una duas?

DE NVM-

IN PRIVIGNVM COLLAPSA nouercæ statua oppressum, E Græco.

Flore nouercalem cingis priuigne columnam,
Morte ratus mores interisse malos.
Te tamen illa premis subito inclinata, nouercæ
Si priuigne sapis, ipsa sepulchra fuge.

AD QVENDAM POETAM Extemporalem.

Hos quid te scripſiffe mones ex tempore versus?
Nam liber hoc loquitur, te reticente tuus.

IN NOVERCAS, E GRAECO. Priuigno vel amans infortunata nouercæ est. Hippolyto grauis hoc Phœdra docere potest.

IN QVENDAM QVI DICE-
bat carminibus suis non de-
futurum genium.
Hoc habet Hispani festiuum epigramma poëte,
Victurus Genium debet habere liber.
Dum legis hūc versum, iam tu quoq; scribere versus
Tota mente paras, sed sine mente tamen.
Quæc canas, qualive modo contemnis, ea est spes
Victura hec Genio qualia, unque suo.
Namque tuis Genium vir tam geniose Camœnis,
Non dubitas aliquem mox aliunde fore.
Tu tamen & cariturus erit tuus hic liber, opta
Ut caret Genio, qui caret ingenio.
Cui Genius vitam producat si quis, erit quis
Ex Genijs, adjunt qui tibi mille, malis.
Sed neque sic viuet, vati si credit eidem,
Nam non viuere, sed vita valere bene est.
Quod si vita libri est iugi languescere probro,
Detur & eterna viuere morte tibi.

DE CUPIDITATE REGNANDI. Regibus è multis regnam cui sufficit vnum, Vix Rex unus erit, si tamen unus erit. Regibus è multis regnum bene qui regat vnum, Vix tamen unus erit, si tamen unus erit.

DE DEDITIONE NERVIAE Henrico VIII. Angliae Regi.

Belliger iniictam domuit te Nervia Ceser,
Tournay

DE NUMMIS ANTIQVIS
apud Hieronymum Busli-
dianum seruatis.

Roma suis olim ducibus quam debuit, illi
Tam debent omnes Buslidiane tibi.
Roma suis ducibus seruata est, ipse referuas
Romanos Roma præmoriens duces.
Nam quæ Cesareos antiqua nomismata vultus,
Aut referunt claros tumve priusve viros,
Hæc tu seclorum studio quæsita priorum
Congeris, & solas has tibi ducis opes.
Cumq[ue] triumphalis densus cinis oculat arcus,
Ipse triumphantum nomen, & ora tenes.
Nec iam Pyramides procerū monumenta suorum
Tam sunt, quam pyxis Buslidiane tua.

AD EVNDEM.

Ecquid adhuc placidam mihi Buslidiane Camœnam
Tua coërces capsula?
In tenebras abdis cur dignam luce, quid illi?
Quid inuides mortalibus?
Musæ fama tue toto debetur ab orbe,
Quid huic repellis gloriam?
Gratus ab hac fructus toti debetur & orbì,
Quid vñus obftas omnibus?
An tibi casta procul cætu cohibenda virili
Cohors videtur virginum?
Sunt hec virginibus fateor metuenda, sed illis
Deurginari que queunt.
Ede tuam intrepidius, pudor est infelix illi.
Nec ille rudit, aut rusticus.
Ut tua non ipsi cæsura est virgo Diane
Pudore grata lacteo,
Sic tua non ipsi cæsura est virgo Minerua
Sensu, lepore, gratia.

AD BUSLIDIANVM DE EDI-
bus magnificis Mechliniæ.

Culta modo fixis dum contemplabar ocellis,
Ornamenta tuae Buslidiane domus,

Obstupui, quonam exoratis carmine fatis
Tot rursus veteres nactus es artifices?
Nam reor illustreis rafis ambagibus edes,
Non nisi Dædaleas ediscasse manus.
Quod pictum est illic, pinxit videtur Apelles,
Quod sculptum, credas esse Myronis opus.
Plastica quin video, Lysippi sufficor artem,
Quum statuas, doctum cogito Praxitelem.
Difficilis quodq[ue] notant opus, at quæ difficilis vellet,
Si non composuit, compofuisse Maro.
Organa tam varias modulis imitantia voces,
Sola tamen veteres vel potuisse negem.
Ergo dominus tota est, vel seculi nobile prisca,
Aut quod prisca nouum secula vincat opus.
At dominus hec noua nunc tardè, seroq[ue] senescat,
Tunc videat dominū, nec tamen usq[ue] senem.

DE PHILOMENO ET AGNA,
coniugatis mala fide.

Enredeunt nostro Veneris miracula seculo,
Qualia nec prisca tempore facta reor.
Flos iuuenes inter Philomenus, & Agna puellas,
Iunguntur Paphie rite fauore Deæ.
Ille sed heu nimium laudata voce superbit,
Illa tumet placidi laudibus ingenij.
Ergo coniugium votis tam sepe petitum
Non Veneri acceptum, sed retulere sibi.
Ingratis admitt formam Deæ, néve coirent.
Mutati, dispar indit utriusque genus.
Mox Philomenus enim quavis estate canentem
In cuculum, inq[ue] auida verisitur agna lupam.

MEDICINAE AD TOLLENDOS
fætores anhelitus prouenient-
tes à cibis quibusdam.

Seclile ne tetros porrum tibi spiret odores,
Protinus à porro fac mihi cepe vores.
Denuo fætorem si vis depellere cepe,
Hoc facile efficiunt alia mansa tibi.
Spiritus at si post etiam grauis alia refiat,
Aut nihil, aut tantum tollere merda potest.

EPIGRAMMATVM CLARISSIMI, DISER-
TISSIMIQUE VIRI THOMAE
MORI, FINIS.

